





15751. 143  
No. 18. 1663, 20  
20

DISPUTATIO JURIDICA  
*DE*  
**TEMPORE,**

*QUAM*  
D.T.O. M. ADIUVANTE, AU-  
TORITATE ET CONSENSU MAGNIFICI  
JCTORUM ORDINIS  
IN ILLUSTRI SALANA,  
SUB UMBONE  
*VIRI*

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI,  
AC EXCELLENTISSIMI

**DN. ERNESTI FRIDERICI**

SCHRÖTERI, HÆREDITARII *in Wickerstädt/* JCTI  
ET ANTECESSORIS FAMIGERATISSIMI, CONSILIA-  
RII SAXONICI GRAVISSIMI, CURIÆ PROVINCIA-  
LIS, SCABINATUS, NEC NON FACULTATIS JURI-  
DICEÆ ASSESSORIS EMINENTISSIMI,  
*DN. PRÆCEPTORIS AC PROMOTORIS*

*SUI ÆTERNUM COLENDI,*  
DIE APRILIS HORIS ANTEMERIDIA-

NIS VENTILANDAM

PUBLICE EXHIBET

**JOHANNES BVCHIVS, SERVESTA**

ANHALTINUS, AUTOR.  
*IN AUDITORIO JCTORUM*

JENÆ,  
LITERIS JOHANNIS WERTERI, ANNO 1663.

## DISPUTATIO JURIDICA

# THEMPORE

BRADIFULVIA M.O.T.B  
TITLUS MAGNIFIC  
GONIERSU TATRATIS  
ORDINIS CECOTORUM  
TAKA LIPSIENSIS  
S. MARCOPOLI  
M. VITELLII  
CONVENTUS  
M. VITELLII  
M. VITELLII

DOMINI ERRIC IERAR HIER ODE RUM SANCTI FEDERICI

IN SAVONIO E RAVASIUM CIVITATE ROMANA  
ET ANTICISSORIS FAMIGLIATISSIMI CONSISTIA  
GENITORUM PHARAO EDITARIUM QVADRAGINTA  
CITI.

ATLANTIS HORUS ANTENNAE



## PRÆFAMEN.

*IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI ad omnia consilia & omnes nostros progredivimus actus l. 2. C. de offic. præfect. prætor: ubi enim Christus non est fundamentum, nullum boni operis est super-adjic- cium c. cum Paulus l. quæst. I.*



Eriſſimum eſt Innocentii Papæ in c. grave 35. quæſt. 9. effatum: Veritatem ſapiens exagitatam magis ſplendescere in luce, conformat partim antiquitas, partim hodierni mores. Antiquitas, dum strenue in veritatem inquisivit, quæ finis eſte debet diſputationum, & neminem ignorare arbitror, diſputationum exercitus non heri aut nudius tertius in ſcholis enata fuiffe; ſcire n. & diſſentire ſimul invaluit, naturaliſq; ad hoc hominibus eſt facilitas l. 17. §. 6. de recept. qui arbitr. recep. Mores hodiernos velle enarrare, ſupervacaneum, eſſet, cum cuivis noti ſint: in diſputationibus verò conſcriben- dis admodum variantur. Quidam putant, nil in publicum prodire debere, niſi primitus ab ingenio excultum; & licet hoc maxime è re literariæ dignitatis eſte fatear, tamē ſeculi hujus mores reclamant. Alii ex innumeris autoribus, ad iſtar apium, quod opti- mum eſt eligendo, vel etiam ad compendium trahendo, aliam orationis formam, aliumque ſtylum alienis adaptando, quæcun- que ab aliis inventa proponunt & ſibi vindicant, quia magis for- te polita, quam ante apparent. Alii adhuc aliter. Sed abundet quilibet ſuo ſenſu. Ego nec aliis methodum preſcribo, nec mihi preſcribi patior. Attamen ex parte, ut verum fatear, ſeculi hu- jus mores fecutus aggredior materiam de Tempore Legali, de qua optimo jure dici poſſet decantatum illud proverbium. A de- ſtola τὸ καλὸν. Difficilia quæ pulchra. Difficilis eſt, quia ſerpi-

ferè per omnes Juris materias; ita ut sola amplitudo alicui terrorem injicere potuisset; Et hæc ipsa non semel ansam mihi dedit hæc benè cæpta deserere, nisi hanc illam ipsam apud æquum judicem veniam impetrare posse, persuasum mihi habuissim. Exhibeo igitur hanc de Tempore Legali materiam vix libatam, nedum exhaustam, hac solenni additâ protestatione, me non fuisse in ea opinione, ut hæc materia pro meritis à me possit tractari; optimè enim constat, quid valeant humeri, quid ferre recusent, & cum hæc tenus, quod sciam, nemo hanc materiam exactè tractat, ingenii mei vires tanti non sunt, ut defectum hunc possint supplere. Constitui igitur pauca quædam pro ingenii tenuitate & instituti ratione differere. Sed cum sine auxilio divino frustane sint omnes nostri labores, idcirco ante omnia Jehovahm altissimum ardenter invoco, velit mihi gratiam suam conferre, ut hæc omnia cedant in ipsius nominis divini gloriam, & studiorum meorum emolumentum. Sit itaque

THESS. I.

Definitio in  
omni nego-  
cio premit-  
tenda.

**H**Isce nunc præmissis notanda præprimis venit definitio Temporis; constat enim omnem, quæ à ratione suscipitur, de aliquâ re institutionem debere à definitione proficiunt, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputatur, quo tendit etiam Cicero in princip. offic. vers. placet igitur. Paulus Granucc. in suis addit. ad Tractat. de Reservat. Benef. Cagnol. in l. si emancipati n. 6. C. de collat. Bellon. in rubric. num. 1. inf. de verb. oblig. Hyppolyt. Marf. in tractat. de fidei juss. in princ. n. 2. vers. quare ego solus. Ricciar. Pistor. in Rubric. de bonor. pass. num. 5. vers. 3. & Dd. comm.

Definitio du-  
plex Nomi-  
nis & Rei, si-  
la premit-  
tenda &  
quare.

**T**HESS. II. Est autem definitio duplex, alia nominis, alia rei. Illius maximam partem absolvere Etymologiam constat, investigandum igitur erit, unde nomen, Tempus, descendat arg. l. i. pr. ff. de i. & i. verborū enim prior licet posterior rerum ratio est attendenda l. 7. §. vlt. de suppell. legat. cap. 8. X. de V. S. II. 19 ff. ad exhib. l. 2. C. comm. de legat. & fideicom. Bachov. in comment. ad insit. pr. de ingen. & Plato in Cratyl. nam ad recte docendū oportet primò expendere nomina, quod etiam eleganter expressit Socrates

tes apud Epict. dicens. Principium eruditio[n]is esse intelligentiam  
verborum. Add. Nobiliss. Ampliss. Consultiss. & Excell. Dn. Preses  
Præceptor ac Promotor meus summus in tract. de suis tate cap. 1. No-  
biliss. Dn. Wiffenb. in tr. de verb. signif. in pr.

T H. III. Unde ducatur  $\tau\delta$  tempus, Philologi non satis in-  
ter se convenienti. Quidam, quos inter Plur. Rev. Dn. Becmas-  
nus Theolog. & Philolog. celeberrimus p. m. in orig. ut & Clar. Dn.  
Wulstorpius in mellif. onamast. deducunt tempus à græco, τέμπω  
seco; hujus derivationis ratio teste Cl. Dn. Vossio Philologo undi-  
quaque celeberrimo p.m. in Etymol. latin. ling. redditur hæc, quia  
est materialiter, ut loquuntur, tempus est res continua, forma-  
liter tamen est discreta, &c! ad hoc confirmandum adducunt  
definitionem temporis traditam à Philosopho lib. 4. Φυσ. αὐγ.  
ubi dicitur quod tempus sit numerus motus secundum prius &  
posterior. Quidam deducunt tempus ἀτῆμος tunc, cui opinio-  
ni etiam subscrbit Martinus in Lexic. Philolog. voc. tempus di-  
cens simplicissimum forte est tempus ducere ἀτῆμος tunc: Tem-  
pus enim est tunc & nunc fluens & in hac sententia est Cl. Dn.  
Vossius alleg. loc. Sed quia utraque opinio magnos habet Auto-  
res, nec hic multum refert, suis Autoribus relinquntur.

Thes. IV. Synonyma agnoscit Tempus varia in-  
variis linguis. à Latinis appellatur hominis aut animantis tem-  
pus ætas. Regni aut Reipublicæ Periodus, generationis unius  
seculum, actionis, occasio aut opportunitas, calculus temporis  
communis, æra. Dicitur etiam tempus tempestas. Plaut: Ca-  
fin: Eatempestate flos Poetarum fuit Vide sis Martin. alleg. loc. Fun-  
ger. in Lexic. Philolog. voc. Tempus.

Th. V. Definitioni rei adhuc præmittendæ videntur non  
nullæ temporis diversæ acceptiones. Mens quidem non est o-  
mnes evolvere, sed tantum frequentiores, & hac vice occurren-  
tes. Nemini verò ignotum esse potest mentionem fieri tem-  
poris in omnibus fere disciplinis. Sic temporis sit mentio in  
Theologia, Medicina, Philosophia, quo modo verò id fiat, hic  
adscribere, ratio instituti non patitur, sed optimè ex una quasi  
disciplina potest cognosci; sufficiat hic unam vel alteram saltem  
acceptiōnēm breviter attigisse. Sūmitur verò i. produratio-

Etymologia  
Temporis  
duplex:

Synonyma

Homonyma

A 3. ne rei

ne rei creatæ corporeæ. 2. pro duratione omnis rei creatæ, ut etiam complectatur 3. omnis Entis, ut etiam æternitatem complectatur. 4. pro opportunitate agendi, quæ tempori aliquando accidit 5. pro spatio seu momento 6. pro aëris qualitate, quæ tempori accidit 7. pro rebus, quæ in tempore venduntur, ut cum dicimus, <sup>ca-</sup>rum est tempus. Es ist theûre Zeit. 8. pro mora efferenda syllabæ. 9. pro accidente verbi, quo indicatur differentia secundum tempus præteritum, præsens & futurum. Et quis omnes temporis enarrabit acceptiones? Vide sis alleg. Martin: d. loc. In Jure nostro quâm variè accipiatur Tempus, ex toto hoc discursu paterbit. Breviter verò sciendum, quod de Tempore agatur in jure nostro non in actu signato, idest, ut exprimatur essentia seu quidditas temporis, sed in actu exercito, h.e. ratione usus & com muniter habetur à Dd. pro circumstantia negotii civilis,

Definitio Rei  
duplex.

Definitio  
Temporis  
Philosophice  
Considerati  
duplex.

Th. VI. Definitio Rei nunc sequitur, quam Philosophi vulgo faciunt dupl. Alia enim definitio rei naturam accuratè explicat, alia saltim leviter describit quid res sit; illa propriè est definitio, hæc saltim descriptio; & quia hæc saltim essentiam rei exterius penes corticem manifestat, de hinc non ero sollicitus, sed potius tradam priorem.

Th. VII. Temporis definitio à Philosophis traditur talis, quod sit numerus motus secundum prius & posterius. Vid. Arist. lib. 4. Phys. cap. 10. tex. 90. Hujus definitionis explicacionem accuratè tradit Excell. Dn. Zapfius P. P. Fautor meus honorandus in Tabb. Philos. Vide sis insuper Kekermann. in Phys. &c. Job. Magir. in Physiologia. Sed quia, ut naturaliter evenire solet, de omni re instituuntur sæpè inanes disceptationes, ita & hæc definitio non melioris fuit fortuna; horribiles enim de eâ motæ sunt controversiae, quæ in calumnias inanes & sophismatum præstigias exierunt, teste Dn. Philipp. Melancht. dial. lib. 1. de præd. quando. Unde alii alias tradiderunt definitiones. A Ramo lib. 1. dial. c. 11. definitur, quod sit duratio quedam rerū præsens, præterita, & futura; quam etiam multi amplectuntur, quos interest Fungerus d. loco, qui eleganter eam explicat. Sed Philosophis halice definitio nes examineate relinquo, quia hic discursus non est de tempore inge-

ingenere, sed de legali saltim. Trado igitur definitionem temporis legalis talem:

Th. VIII. Tempus legale est tempus peragendis terminantis negotiis civilibus à lege, vel privata, vel publica definiuntur. *Definitio Temporis iudicis confidit.*

Th. IX. In tradita definitione perlegem privatam intelligentiam quævis ipsius hominis dispositio in negocio civili, cui Lex privata quod ordinat, modifacere aut qualificare certi & definiti tempora quid? poris, loci & aliarum circumstantiarum adjectio ne liberum est, ab ipsa lege publica confirmatur, ac robur ei additur.

Th. X. Notanter dixi, quod à lege publica debeat confir- *Exempla*, mari hominis dispositio privata; sic heredis institutioni, quæ sit nonnulla ad diem certum, lex publica non adiicit, sed prohibet potius & annullat, non quidem ita, ut adjectio ne diei in totum vicietur institutio, sed quod dies vitiosè adjectus rejiciatur, & habeatur pro non scripto, perindeque sit, ac si purè sit facta institutio l. 34. de hered. inst. aliud verò obtinere in legatis constat. Contra testatorem posse liberis suis dare tutorem ad certum tempus, vel ex certo tempore, non dubitatur §. 3. Inst. qui test. eius dar poss. Non solum verò in hisce, sed & in contractibus ferè omnibus per pacta adjecta Lex publica permisit legi privatae seu dispositioni hominis addere certum tempus, in tantum, ut & certò modo qualificare contractum tempus hoc adiectum, possit. Exempla ubivis in LL. sunt obvia, ut in locatione, l. 38. pr. & §. 2. locat. conduct. societate l. 14. §. 2. comm. divid. pignore l. 4. de pign. mandato l. 27. §. 2. j. de V. O. pertinet hic etiam patrum de retrovendendo, si scil. vendor sibi retinet jus redimenti rem venditam omni tempore, vel intra certum tempus l. 2. C. de ali. empt. & vendit. item pactum addictionis in diem si scil. melior conditio se non offerat intra certum tempus l. 1. Et 2. de in diem addit. item lex commissoria, si scil. ad certum diem patrum statuendum pretium non solvatur, res sit inempta. l. 2. de lege commiss. Et de hac lege movent Dd. controversias multas v. c. An lex commissoria locum habeat in pignore? & alias, quas omnes eruditè resolvit in eleganti tract. de L. commiss. Magnif.

Dn.

Dn. Gotthofredus de Jenâ ICtus celeberrimus.. Serenissimi & Potentissimi Electoris Brandenburgici Consiliarius & Antecessor in inclusa Viadrina, gravissimus Mecenas meus magnus, ad quem brevitatis causa B. L. remitto. Aliaadhuc exempla suppeditat l. 19. de const. pec. S. 10. Inst. de except. de donat. L. 1. & t. tit. de statu lib. Et haec dixisse sufficiant de tempore, quod à lege privata seu dispositione hominis constituit potest in negotiis civilibus, & quando lex publica eide ad fistit, vel robur addit; fusius quidem haec potuissent deduci, plura que exempla addi, nisi hisce paginam præpereret materiæ valetas.

*Lex publica* Th. XI. Per legem publicam in definitione quid intellegitur, jam patet, & haec causis civilibus terminos quasi & fata præstituit atque definit.

*Dupliciter* Th. XII. Dupliciter autem lex publica tempus statuit: Vel Tempus statim immediatè; Vel mediatè. Immediate, tum circa se, & jus adeo ipsum, tum circa ejus objecta. Circa objecta constituit tempus, i. *Immediatè* dum sc. in uno & altero negocio vel perficiendo, vel terminando seu finiendo tempora peculiaria & fata præscribit. Ut in materia usucacionum, æratibus hominum, actionibus & exceptionibus temporalibus, aliisque in causis quam plurimis; de quibus infra, ordine sic jubente, agemus; circa se ipsum definit tempus lex publica, quando certum tempus & terminum ponit, quando quoqusq; species aliqua juris sive lex perficiatur, vires capiat, terminetur, finiatur, disponit.

*Constitutiones principum à quo tempore incipiunt obligare.* Th. XIII. Exempli loco sint constitutiones Principum, de quibus, quando obligare incipient, queritur, & dicendum videtur, quod obligant simul ac promulgatae sint: Attamen ex Nov. 66. c. i. pater, quod Justinianus, ne iniquè lex noviter lata & antequam in plenam subditorum omnium notitiam perveniat, obligatione suâ actus privatorum obruat, tempus certum, quo lex vires obligandi subditos habeat, constituerit, scil. duos menses à die promulgationis ritè factæ, nisi aliud tempus nominatum lege comprehensum sit, ut in Nov. 58. in pr. tempus trium mensium, & Nov. 116. c. i. tringita dierum; hoc enim casu specialis Principis dispositio derogat generali. Hodie circa promulgationem singulariter notandum, quod Elector Moguntinus le-

ges

ges comitiales, facta per imperium publicatione, Cameræ Imperiali Spir, speciem tenus insinuari cureret. Atque inde nova quædam & particularis promulgatio subsequitur, quæ Collegium Camerale de eo, si quid in recessibus illis circa stylū aut processu noviter cautum, Advocatos & Procuratores monere solet, certo temporis spatio ad informandos litigatores simul indulto. Conf. Guilielm. Roding in Pandect. Cam. noviss. lib. 1. tit. 1. in addit. Sic desinit obligare, si iterum Princeps abrogat legem. Nec hæc abrogatio vel mutatio attribuenda est inconstantia Principis, quin imò ejus laudanda prudentia; leges enim cùm ad utilitatem civium accommodandæ sint, ea autem sèpius variet & mutetur, leges unà quoque mutari, necesse est. c. 8. x. de consang. & affin. Quod ipse Justinianus testatur in Nov. 187. Nostras, inquit, leges emendare nos non piget. Plura sanè essent dicenda de legibus it: edictis prætoriis, sed præstat tacere, quām pauca de iis loqui.

Th. XIV. Mediata Lex publica tempus statuit, quando ipso jure non indulget vel ponit tempus negotio certum & definitum; judici tamen liberum relinquit, ut inspectis tum personæ, tum rei ipsius qualitatibus, ponderatisque probè circumstantiis vel tempus à se jam definitum, vel aliud, quod æquum judici videatur, indulgeat. Et hujus exempla in jure occurserunt varia, sed quia de his infra aliquid dicetur, hic omittam, ne crabem bis coctam repetere videar.

Th. XV. Definitionem jam declaratam excipit Divisio. Divisio Temporis generalis ratione quantitatis & qualitatis. Dividitur vero tempus variè, impræsentiarum placet tales divisiones adnotare, quæ in jure civili usum habent; Nam quæ huc non spectant, aliis relinquo. Non potest vero non esse notum, diversa esse quæsita, quando quero, quanto tempore quid facendum, vel jam dudum factum sit, & quando quero, quo tempore quid expediendum vel expeditum sit, ideo hac duo ne confundantur, bene sunt distinguenda.

Th. XVI. Quando igitur quero quo tempore quid expediendum vel ex pedirum sit, rectè mihi respondeatur, quod vel interdiu, vel noctu factum sit. Hinc divisio illa Temporis in diurnum & nocturnum. Illud diei, hoc noctis principio & fine determinatum est; quo modo utrumque iteram dividatur in partes, utramque

B

tes, Vide sis Alfred. lib. ii. Encyclop. part. 3. c. 2. reg. ult. quomodo v.  
dies, quomodo nox definiatur, patebit infra. Sed quia de  
tempore nocturno specialia quædam in jure nostro sunt con-  
stituta, necesse quidem esset, nonnulla huic distinctioni accom-  
modare, sed si omnia huc facientia vellem adscribere, videret  
omnino susceptam provinciam superare velle, paucis igitur  
saltim hoc tempus attingam.

Nocturnum  
tempus est  
circumstan-  
tia.

Exempla.

Th. XVII. Nocturnum tempus esse qualitatem & cir-  
cumstantiam in delictis, certissimum est, prout probat Bald. in l.  
testim. num. 22. ver. similiter C. de test. per text. in l. finem ff. de-  
scar. An vero sit circumstantia aggravans delictum, an rele-  
vans? hoc opus hic labor; Breviter dici potest, tempus noctur-  
num esse circumstantiam modò delictum aggravantem, modò  
relevantem. Nonnulli talem tradunt notam, quod nocturnum  
tempus sit qualitas mutans, quotiens actus remota nocte  
non est incidens in delictum; aggravans verò, quoties actus  
etiam præcisâ nocte continet peccatum in legem. Sed hæc non  
facio mea, nec an vera sint, hac vice disporto.

Th. XIX. Exemplum præberet l. 4. C. ad L. jul. de adulterio,  
ubi nox respectu adulteri est circumstantia delictum aggravans;  
potest enim occidi, licet sit persona nobilis seu honesta, cùm ta-  
men aliás vilem duntaxat aut in famem occidi l. 24. ff. b. 1. per-  
mittat; alterans seu minuens est respectu mariti; nox enim factum  
mariti relevat d. l. 4. C. sic nox aggraviat, delictum effractorum,  
ut patet ex l. 2. de effractoribus.

Ire de nocte  
non est deli-  
ctum de ju-  
re commu-  
ni.

Th. XIX. Ire de nocte leviter peccare scribit Bart. in l.  
levia num. 9. ff. de accus. sibi tamen contrarius in l. i. num. 11. de publ.  
judic. & hanc contrariam sententiam de jure communi esse ve-  
ni. riorem probat Brunnor. à Sol. quest. 35. num. 18. & ab illo allegat.  
Alciat. & Aretin. licet prius verum sit stance tali statuto.

Fures no-  
cturni gra-  
vius punien-  
di diurnis?  
Et hoc videntur suadere text. in l. i. C. de fur. bal-  
li diurnis & in l. itaque ff. ad L. Aquil. Angel. in l. si ut n. 1. vers. veritas C. de-  
quare. sicut Menoch. lib. 2. de arbitr. jud. cas. 2. 96. Alber. in l. si quis n. 2.  
vers. Habet ff. de privat. delict. Id. in l. furem ff. de sciar. Ita ut non  
videatur

143

Videatur hoc posse in dubium revocari. Ratio etiam dari potest, quia fures nocturni proditoribus non sunt dissimiles Senec. declam. ultim. Cujac. observ. 11. cap. 27. & tenebræ ad furtum faciendum opportunæ atrocius faciunt delictum l. 2. ff. de effrat. quo enim major est furandi facultas & occasio, eò gravius in furem animadvertisendū, incertū quippe est, quo animo veniat fur nocturnus, ad furandū dūtaxat, an & occidēdū. Sed &vis atq; effractio cum hoc furto plerumque est conjuncta; Et in summa sciendum, quo occultius & impunitius committi flagitia possunt, eò deprehensa acerbius majoreque jurisdictionis severitate punienda sunt l. presbyteri 8. C. de Episc. & Cleric. l. 1. l. 2. ff. de fur. balm. Ad. Magnif. Dn. D. Struve Praceptor ac Patronus meus colendus Exercit. 48. th. 106. Dn. D. Strauch. dissert. ad pand. 19. ib. 9.

Th. XXI. Quā autem pœna affligi possit fur nocturnus Quā pœna attentā privatā facultate, si apprehendatur, de jure nostro viden- affligi possine tur variè sensisse JCri. Ulpianus in l. 9. ad L. Cornel. de siccari. dicit, à privato. furem nocturnum occidi, posse jure, si is, cui furtum faciebat, ei sine vita sua periculo parcere non potuisset. Caius v. in l. 4. §. 1. ff. ad L. Aquil vult furem nocturnum occidi posse indistincte, si tamen occidens id ipsum cum clamore testificetur, & hujus l. 4. rationem afferat Doctiss. Grotius. de i. B. & P. lib. 2. cap. 1. num. ii. Ad quem dissensum Respondebit Dn. VViesenbach. disp. ad Pand. 21. §. 52. quod Lex 12. Tabb. in usu non fuerit, sed tantum in d. l. 4. recitetur. Clarus aliás de communī opinione testatur & dicit lib. 5. §. homicidium num. 47. vers. ultima quod quatuor concurrere debeant, ut fur nocturnus impunē possit occidi 1. quod illud fiat pro defensione sui ipsius, vel rerum suarum, aliás non posset quis occidere, si recedat sine rebus suis, 2. quod volens occidere, furem nocturnum clamet d. l. 4. §. 1. ad L. Aquil. 3. quod cum non cognoverit, nec habuerit testes, qui potuerint illum cognoscere, & contra illum deponere ratione furti. 4. quod cum capere non potuerit. An hæc sufficient, an non? in medium relinquo, quia quæstio saltim erat de jure civili Romano. Esent sanè adhuc plurima addenda, & scitu perquam necessaria. v.c. An nocturno tempore possit inventarium confici dissentien-

tibus iis quorum interest? Bonorum possessio agnosci? Ultimæ voluntates celebrari? Item Donationes mortis caufa? An codicilli confici possint? Pignora contentiosa constitui? Satisfactione præstari? Sententia ferri? Probationes fieri? Juramentum deferri? &c. Sed si hasce & similes questiones vellem decidere, facilius desiceret charta quam materia; Remitto itaque B. L. ad Autores, qui hac de materia sparsim quidem tratarunt.

2. In continuum & uero l. i. ff. de divers. & temporal. prescript. l. 6. de oblig. & Act. & opponuntur sibi in vicem in l. 31. ff. ad L. jul. de adult. & l. i. § 9. ff. de liber. agnosc.

Tempus utile quid. Th. XXIII. Utile est, quod currere incipit, quando quis scit jus sibi natum & quantum esse, ac experiundi potestatem habet d. l. i. de divers. & tempor. prescript. l. 3. § 4. de accus. l. 6. §. 14. qua in fraud. credit. l. i. §. 2. quand. act. de pecul. annal. l. i. §. dies, quand. appelland. l. 73. de judic.

Explicatio. Th. XXIV. Dicitum fuit. 1. quando quis scit; requiritur ergo in tempore utili scientia; ut scil. sciat jus sibi aliquod competere; unde ignorantis hoc tempus non currit, exempla intrapatebunt. Vid. l. 55. de adilit. edit. 2. ac experiundi potestatem habeat. Notandum vero hic, quod potestas experiundi sit triplex; impediatur; potest enim variis modis impediri, si videlicet subsistat causa sonica; tum 2. ratione rei, ut secum experiundi potestatem faciat seu experiundi potestas fuerit adversus eum. l. 4. ff. de divers. temp. prescript. nec contrariatur huic l. 4. l. 25. de stipul. serv. illa enim loquitur de reis, haec de actoribus. Reis, veluti fidejussionibus, qui purè in diem certum fidejusserunt, veluti usque ad LX. dies, tempus hoc cedit statim paratis excipere actionem, & ideo si intra eum diem cum iis actum non sit, agentem creditorem, postea repellent prescriptione temporis in obligatione positi d. l. 4. Actoribus autem, quibus competit actio temporalis tempus actionis non cedit, antequam agendi facultas fuerit d. l. i. de divers. temp. prescript. & ita accipienda d. l. 25. quæ non loquitur de tempore fadisditionis utd l. 4. sed de tempore actionis non de tempore dato

143

dato fidejussori, sed de tempore dato a tori; Add. Cujac. 16. ob. 38.  
Pac. 7. cent. consil. 23. Tum 3. ratione Praetoris, ut conveniundi  
ejus copiam habuerit, quæ non semper datur. Textus est clarus  
in l. 26. pr. & §. 4. ex quib. caus. maj. Dupliciter vero Praetor copi-  
am sui facere dicitur, interdum pro tribunali, quando scil. cer-  
to solenniq.; tempore & loco iis causis occupatur, quæ causæ  
cognitionem decretumque magistratus desiderant; nam illa  
pro tribunali, non de plano cognoscenda & expedienda sunt,  
quod vult etiam l. 9. §. 1. de off. procons. l. 71. & 105. de R. J. Sic de  
plano & pro Tribunalib. sibi in vicem opponuntur in l. 3. §. 8. de bon.  
poss. l. 2. §. 1. quis ord. in bon. poss. l. 1. §. 8. ad SCt. Turp. l. 18. §. fin. de  
quest. l. 4. C. de dilat. Causa cognitionem desiderant Transactio a-  
limentorum l. 8. pr. de transact. Alienatio prædiorum minoris l. 2.  
§. 1. de offic. ejus cui mand. est jd. Restitutio in integrum l. 3. de  
in integr. restit. Consilii exercitio l. 1. l. 2. pr. bonorum possessio de-  
cretal. l. 1. §. 7. de success. edit. de qua th. seq. quid dicam. Tem-  
pus vero hoc, quo prætor pro tribunali sedens postulationibus  
& cognitionibus occupatur, vocatur Sessio add. l. 2 quis ord. in bon.  
poss. l. 5. §. satisfactiones ff. ut in poss. legat. Conf. Duaren. 2. disp. 16. Ga-  
vean. 1. variar. lett. 10. Cujac. 2. obser. 18. Giphan. ad §. 16. I. de ex-  
cus. rut. Alber. Gent. de divers. temp. appell. Interdum quoque ex-  
tra tribunal copiam sui facit prætor v. c. quovis alio loco, quo  
salva maiestate imperii sui salvoque more majorum jus dicere  
constituit l. pen. de J. & J. & hoc; ut jam dixi, est de plano jus red-  
dere: Et ita de plano expediti possunt regulariter actus jurisdi-  
ctionis voluntariae, veluti manumissiones §. 2. l. de libert. sic de  
plano potest proconsul jubere obsequium parentibus & patro-  
nis exhiberi l. 9. §. 3. de off. procons. quadam bonorum possessio-  
nes de plano peti possunt l. 2. §. 1. quis ord. in bon.  
poss.

Th. XXIV. Hæc jam dicta illustrare videntur vulgarem Bonorum  
illam divisionem bonorum possessionis in Edictalem & Decreto possesso De-  
talem, quam impugnat Forster. in tratt. de success. lib. 2. cap. 26. per cretalis &  
tot. pro pugnat. Accurs. in l. 1. §. 7. de success. edit. Sichard. ad Ru. Edictalis.  
brie. C. qui admitt. ad bon. poss. 24. Donell. 7 comm. 14. Scip. Gent.  
l. de jd. edit. c. 21. Fack. 5. controv. 73. & 13. controv. 36. Bachov. in not.

ad Treutl. Diff. 15. tb. 2. lit. A. & quidem male, ut loquar cum  
Suth. Diff. II. §. 92, add. l. 1. §. 4. in fin. s. tab. test. null. ext. l. 30. §. 1.  
in fin. de acquir. vel amitt. hered. l. 1. §. 7. de success. edit. Illa ex edi-  
cto Prætorio de plano sine causæ cognitione tribuitur, ut jam  
dict. s. h. prec. Hæc ex decreto præcedente singulari causa cognitione  
pro tribunali decernitur d.l. 2. §. 1. quis ord. in bon. poss. l. 3. §. 8.  
de bon. poss. si tamen ad sit contradicitor, per accidens evenit, ut  
in illa opus sit causæ cognitione. arg. d.l. 3. §. 8. In hac verò ali-  
quando ea non sit opus arg. l. 1. §. 14. & l. 7. §. 2. de ventr. in bon.  
poss. mitt. l. 1. l. 3. §. 4. de Carb. Edit. Add. Magnif. Dn. D. Struve Ex-  
erc. 37. tb. 9. & seq. Bach. in comm. ad Inst. ad §. 6. de bon. poss. decre-  
talem appellat extraordinariam, edictalem ordinariam. Ex  
jam dictis concludo, plures dari dies utiles petenda bonorum  
possessionis ordinariæ, quam extraordinariæ; nam, ut ante dixi,  
illæ etiam extra tribunal, ubi cunque copiam sui faciente Præto-  
re poterant peti & admitti; minus verò rectè quis concluderet,  
tot esse dies utiles, quot sint sessiones; fieri enim potest, ut et-  
iam sedente pro tribunali Prætore aliis rebus sit occupatus d.l.  
2. §. 3. quis ord. in bon. poss. Add. Dn. Vinnius in comm. ad inst. add.  
§. 6. de bon. poss. qui de his eruditè differit.

*Sub divisio  
utilis Tem-  
poris.*

Th. XXV. Subdividi potest Tempus utile, ut scil. sit utili-  
te vel ratione cursus & principiū simul, vel ratione principiū tan-  
tum. Prius est, quando singuli dies usque ad ultimum à primo  
inclusivè sunt utiles l. 2. pr. quis ord. in bon. poss. posterius quando  
principium est utile, ita ut ignorantia non incipiat currere, in  
progressu autem tempus est continuum. Exemplum sit. in §.  
16. inst. de excus. tut. add. Bach. in comm. ad inst. ad d. §. Plura ex-  
empla, ampliationes & declarationes suppeditat Card. Tuscius

*Tempus con-  
tinuum quid.*

Th. XXVI. Continuum Tempus est, quod sine ulla di-  
stinctione omnes & singulos dies (etiam illos quibus nulla est  
in judicio aliquid agendi copia) cum horis connumerat, quod  
tum scienti quam ignorantia currit l. 15. de diversis temp. prescript.  
l. 6. de Act. & oblig. l. 8. de bis qui not. infam. l. 31. §. 1. l. 6. de usuc. l. 6.  
de usu fr. legat. l. 24. ad. SCt. Velle. l. 38. de excus. tut. Add. Althus.  
lib. I. Dicæolog. c. 9. n. 23. Cujac. lib. 2. ob. c. 18.

Th. XXVII. Dixi

Th. XXVII. Dixi tempus continuum etiam connume- De Tempore  
rare dies, quibus nulla est in judicio aliquid agendi copia, quales Feriato seu  
etiam sunt feriae, de quibus, ut quædam addantur, necesse esse ferias.  
videtur. Possunt verò feriae dupliciter considerari: Vel in se,  
vel ratione effectuū juridicorum. In se, si perpendatur quid, quo-  
truplices sint, & quomodo computentur.

Th. XXIX. Feriae sunt dies, quibus jus non dicitur pu- Quid ferie  
blicè, quique ab actibus judicialibus sunt vacui, nec ullius nego- sint & earum  
cii forensis sunt capaces. l. 5. de fer. Sumuntur aliás feriae vel fri- divisio ac  
stè prodiebus festis, seu ad cultum divinum destinatis; vel latè, computatio.  
ut etiam comprehendant ferias humanas. l. 2. C. de fer. Conf. d. l.  
5. § 9. ff. & l. 7. & ult. C. de fer. cap. 1. & cap. ult. X. eod. Feriae quo-  
modo Romanorum more fuerint divisæ hic esset inculcandum,  
nisi à multis hoc jam tum præstitum esset, ideò huic labori, ne-  
nimis prolixus sim, faciliè me supersedere posse arbitror, & re-  
mitto B. L. ad Lexicon Calv. voc. Feriae, qui prolixè ex Macrobo i sa-  
craum. huc facientia tradit. Mutato igitur factorum cultu alia-  
erat etiam ratio feriarum, & secundum eam dividebantur varie,  
ut videre licet apud Wesenb. in paratit. ff. de fer. n. 3. Dn. Ungeb.  
in comm. adjus Can. tit. de fer. n. 4. & 5. Perez. in comm. ad Cod. tit.  
de fer n. 3. Dn. Frantz. in comm. ad Pand. tit. de fer. n. 6. 7. & seqq.  
Dn. Straub. dissert. ad Pand. 24. §. 11. Petr. de Greve. ad. l. 1. §. 1. &  
l. 4. de fer. Placet verò breviter ferias distinguere & quidem secu-  
dū usum hodiernū cum Magnif. Dn. Struv. Exerc. 5. th. 34. in divi-  
nas, hoc est, dedicatas cultui divino, & humanas, hoc est,  
in utilitatem & occupationem hominum constitutas, ut propter  
agriculturam scil. dies messium, it: vindemiarum l. 1. b. t. l. 2. l. 4.  
C. eod. que profunt omnibus, licet forte ipsi in fructibus colli-  
gendas non sint occupati Bach. in l. 1. b. t. D. Carpzovius part. 1.  
c. 3. de fin. 22. nec obstat. l. 1. in pr. ff. de fer. ii. l. 1. de agric. & censit.  
ad quas Responder Nob. Dn. Praes in colleg. Wefenbeciano n. 7.  
ut & Dn. Habn. in obseru. ad VVesenb. tit. de fer. n. 7. item nun-  
dinarum. Divinae subdivinguuntur in ordinarias, ad quas re-  
fertur dies dominicus l. 2. l. 7. l. n. C. tit. & festa solennia, ut festa  
Paschatos, Pentecostes, & Nativitatis Christi l. 6. l. 7. C. eod. & extra-  
ordinarias, quibus Deus ob beneficium aliquod nobis exhibitu  
colitur,

solitum, quo spectant dies gratiarum actionum, & omnes aliae ob res  
prospere gestas indicatae, quas alias repentinae vocant t. t. C. de di-  
lat. Add. Dn. Frantz. d. loc. Dn. Ungeb. eod. De computatione in-  
super feriarum divinarum tenendum, quod computentur de  
vespera in vespere c. 1. & 2. X. de fer. quod est juri divino conser-  
taneum Exod. 12. vers. 18. Levit. 23. vers. 5. nisi locus & provin-  
ciae consuetudo aliud introduxerit c. 2. X. de fer. add. Cajac. ad. d.  
c. Humanæ incipiunt à mediâ nocte, & sequentis noctis mediâ  
parte finiuntur, adeoque constant ex duabus dimidiatis noctibus  
& media luce. l. 8. b. t.

Th. XXIX. Ratione Effectuum juridicorum quod divi-  
Effectus fe-  
riarum in ju-  
re.

nas ordinarias & extraordinarias ferias attinet, in iis actus omnes  
judicarii quiescere debent, & suscepiti ipso jure sunt nulli, quod  
de illis, qui jurisdictionis contentiose sunt, facile constat. l. 2. § 1.  
ult. C. & l. pen. ff. de fer. adeò ut nec coram arbitro agi l. 7. C. de fer.  
l. 36. de rec. qui arbitr. aut extrajudicialiter interpellatio fieri, aut à  
partib⁹ feriis illis renunciari possit Zaf. in parat. hic n. 6. non enim  
in privatorum, sed publicum DEI Principisve honorem & fa-  
vorem introductæ sunt. arg. l. 38 & 42. de pact. Bart. ad l. 36. n. 2.  
de recept. qui arbitr. recep. Gail. lib. 1. observ. cap. 53. n. 16. & hac  
tam vera sunt, ut nec Princeps, ( cum primis quod ordinarias at-  
tinet ) in his dispensare possit l. 2. C. de fer. Vid. Covarr. variar. re-  
solut 19. n. 4. Menoch. 1. arbitr. quest. 30. n. 3. & seqq. At verò huma-  
nis feris à litigantibus consentiente judice renunciari potest l. 1.  
§. 1. l. 6. ff. de fer. l. 36. de arbitr. Add. Gail. d. loc. Fit autem hæc  
Renunciatio vel tacite, vel expresse; illo modo si non allegetur  
exceptio feriarum arg. l. 1 ibi cogat. b. t nam ista allegatā omnes,  
quod jure decernitur, nullum est, etiam citra appellationem d. l.  
1. §. 1. b. t. l. 6. in fin. eod. hoc modo, si ita litigantes convenient l. §.  
1. ibi sponte, & d. l. 6. eod. In summa verò sciendum, quod feriæ  
à forensibus & reliquis laboribus regulariter dent vacationem  
d. cap. ult. d. l. 1. d. l. 5. l. 9. de fer. l. 2. l. 3. l. 6. cum seqq. & l. ult. C. de  
fer. ne vel cultus divinus, vel fructuum collectio, vel necessario-  
rum comparatio, vel denique gaudium aut luctus impediatur.  
Exod. cap. 12. vers. 14. d. l. 1. pr. b. t. l. unic. C. de nund. & mercat. l. 26.  
§. 7. ex quibus caus. maj. & licet ea, quæ sunt jurisdictionis volun-  
tarie

143

taria diebus feriatis administrari posse videantur per l.7. & 8.C. de  
fer. tamen non ita simpliciter hoc asserendum videtur, ut scil.  
quisvis actus voluntariae jurisdictionis in iisdē expediri possint; In  
l.7. & 8.b.t. enim excipiuntur saltim emancipatio & manumis-  
sio, & videtur dicendum quod procedat in illis actibus saltim, in  
quibus causae cognitio non est necessaria. Possunt etiam diebus  
feriatis expediri, quæ ad Reip. conservationem immediate fa-  
ciant l.ult. ff. lypen. Tult. C. de fer. item pauca quædam, quæ in l.2. &  
3. ff. de fer. ab Ulpiano excipiuntur. Controversiae tamen & cau-  
sa forenses in illis expediri non possunt; Sit nisi maximū in mo-  
rā periculū l.1. ff. de fer. l.ult. C. eod. Add. Dn. Frantz. in com. ad Pād.  
b.t. num. 25. 26. & seqq. Quod humanas attinet, invitis partib⁹ pro-  
cessus non valet l.6. b.t. fecus est, si consentiant l.1. s. t. ff. de fer. l.45.  
de R.J.

Th. XXX. Commodè hic quæripotest, cùm alibi computentur  
feriae secundūm Calendarium Gregorianum, alibi secundūm Ju-  
lianū, utrū Actoris, an Rei, an potius judicis stylū sequi debeam⁹?  
Et pro judice cōmuniter pronunciant, quia in solennib⁹ is spe-  
ctandus locus ubicunque negocium geritur l.34. de R.J. & ita sen-  
tient Gail. 2. obf. 123. n.2. Trenti. vol. I. Disp. 5. tb. 9. lit. F. in exegesi.  
Duar. tit. C. de tſt. I. o.2. per 3. §. fin. de tſt. Pand. 1. deciſ. tit. 12. def.  
5. verſ. ut in Ant. Matth. Disp. 5. de judic. tb. 15. Verū rectius Ma-  
gnif. Dn. Struv. dicit, si acto & reus diversarum, permisarum,  
tamen in imperio nostro, sint religionum, & inde diversis diebus  
colunt ferias, utriusque ferias esse in præfigendis terminis atten-  
dendas add. l.13. C. de judic. fieri enim posset, ut loquar cum Dn.  
Frantz. ut dies termini, ad quem citatus est sive actor, sive re-  
us, qui judici non est feriatus, illis feriatus, imo forte Pascha-  
tis sit, sed hic sine periculo conscientiæ aut præjudicio religionis  
concessæ non est profanandus. Multæ & maximè notabiles ad-  
huc quæstiones facili negotio hīc possent ventilari v.c. An cita-  
tio fieri possit die feriato? An testes possint examinari? An ap-  
pellatio possit fieri? An sententiā dicere? An in jure studere  
liceat? &c. Sed quia hoc esset præter institutum, remitto B.L.  
ad Perez. tit. C. de fer. n.8.9 & seqq. Ungeb. d. loc. num. 27. & seqq.  
Nob. Dn. Presidem allegat. loc. & in comm. ad Cod. b. t. Dn. Habrn.

C

ad

ad VVesemb. tit. de fer. n. 3. & Scotan. Diff. ad Pand. 11.  
tb. 23.

Ratione  
Quantita-  
tis.

Dividitur  
Tempus  
quod sit vel  
legibus defini-  
tum vel in-  
definitum &  
quid posteri-  
us.

Tempus im-  
memoriale  
est in defini-  
tum.

Th. XXXI. Consideratā quæstione posteriore, lubet aggredi priorem, quando scil. quæro, quanto tempore quid faciendum, vel jam dudum factum sit? Et rectè mihi respondeatur, quod factum sit, vel tempore legibus definito, vel indefinito.

Th. XXXII. Hinc dividitur Tempus, quod aliud sit legibus definitum; aliud indefinitum. Hoc est, quod propter sui naturam & qualitatem negotii, circumstantias loci, personarum, certò definiri non potest, seu quod nullo dimensionum, temporis numero est conclusum, i.e. certis diebus, horis, mensibus & annis non est circumscripsum. Et relinquitur hoc arbitrio judicis vid. tb. 14. Exempla sunt in l. 137. §. 2. 3. 4. de V. O. ubi res ad bonum virum remittitur, qui aestimet, quanto tempore id faciendum, quod promissum. l. 2. §. fin. ff. de recept. qui arbitr. ubi dicitur: si arbiter jusserrit solvi, non adjecto die, insit modicum tempus. Sic tempus non determinatur in l. 28. vers. secundum C. de testam. l. 5. de interr. in jur. fac. l. 70. ff. pro soc. §. 3. l. 7. de locat. verb. perpetuo. l. 15. §. fin. ff. ex quibus caus. major. l. 9. §. si quis de jurejur. l. 129. de novat. l. fin. §. 1. de fidejuss. tut.

Th. XXXIII. Huc porrò referri potest Tempus, quod excedit hominis memoriam, & vulgo immemoriale dicitur, quia hujus initii memoria extat nulla; non quod omni careat principio, sed quod illud quidem per naturam sit, verum de quo, quando incepit esse, nulla memoria ad nos pervenerit Germ. dicitur Eine unüberdenkliche Zeit / von undenkblichen Jahren her / über Menschen Gedanken; Add. l. 31. §. 1. de acquir. rer. Dom. l. 2. §. 7. de agq. & agq. pluv. arc. Sunt quidem aliqui, qui certum tempus volunt constitutere, ut dici possit immemoriale. Sic Covarr. in c. professor. de R. J. in z. prælect. §. 3. n. 6. & seqq. recitat tres opinio-nes. Prima est, quod immemoriale tempus requirat majus tempus centum annorum, sic quoque statuit Menoch. lib. 2. de ar-bitri jud. quest. cas. 3. num. 7. Secunda est, quod minus tempus quam centum annorum dicatur immemoriale, & hanc tueruntur Cravetta de antiquit. temp. part. 4. §. absolut. num. 3. & seqq. Tertia est,

est, ut tempus immemoriale & centenarium possint reciproca-  
ri, atq; in hac opinione est Farinacius lib. i. pratt. crim. quest. 47. n.  
12. & Mynsing. Consil. 13. num. 21. Dn. Hahn. in obseru. ad VVesent.  
tit. de usurpat. & usuc. dicit, quod quidem accutate loquendo  
differat tempus immemoriale seu tempus memoriam hominis  
excedens, à centenario, tamen tempus C. annorum plerumque  
etiam illo nomine venire, quod communis humanæ vitæ ter-  
minus habeantur anni C. Et sub immemorali tempore compre-  
hendit etiam centenarium Magnif. Dn. D. Struve Exerc. 43. th. 23.  
Tempus enim centum annorum civiliter est infinitum, quia ho-  
minis memoriam excedit l. 56. de usuc. l. 23. C. de S. S. Eccles. Balb.  
de prescript. 2. part. princ. 3. q. 6. Gebhard. de usuc. c. 3. §. 1. n. 4. Manet  
igitur verum, quod hoc immemoriale tempus in jure non sit  
determinatum.

XXXIV. Quia vero Dd. communiter tempus immemo- Effectus tem-  
poris imme-  
rialis &  
centenarii  
riale & C. annorum conjungunt, ideo & hic conjunctim nonnul-  
los eorum enarrabo effectus. Sic tanto tempore prescriptio  
currit cum malâ fide, per tantum quippe tempus, possidens de-  
fauâ possessione haud est dejiciendus l. 56. de usuc. l. 23. C. de S. S. Ec-  
cles. Add. Fab. in Cod. lib. 7. tit. 13. def. 2. Mascard. de probat. vol. 3. con-  
clus. l. 23. n. 3. De jure Canonico quin obtineat idem, non dubita-  
tur cap. 1. fin. de prescript. in 6to. Notoria tamen mala fides & im-  
probitas manifesta alleganti prescriptionem resistit c. 7. de pri-  
vili. in 6to. it. cap. 1. de prescript. in 6to. Add. Didac. Covarruv. in  
cap. possessor. part. 2. relect. §. 8. n. 5. de R. J. in 6to. Canisius ad. d. cap.  
verb. non igitur male fidei. Sic tanto tempore currit prescriptio sine  
titulo; lapsus enim tanti temporis habetur loco tituli legitimè  
constituti Vid. l. 3. §. 4. de aq. quot. l. 1. §. ult. de aq. pluv. arc. Quod  
de jure Canonico in tempore immemoriali non sit opus titulo  
probatur etiam cap. 1. in fin. de prescript. cap. super quibusdam §. pre-  
terea de V. S. Exempli loco sint decimæ, quas tanto tempore ac-  
quiri posse à Clerico constat ex cap. 1. de prescript. in 6to. junct.  
cap. ad aures X. eod. & laicus immunitatem à decimis acquiri  
potest tanto tempore, ut docet Vasquius. 2. controv. 89. n. 10. Ca-  
nisius ad rit. de decima. cap. 17. n. 14. & seqq. Tantum etiam hoc  
tempus operatur, quantum expressa Imperatoris concessio arg.

*I. i. §. fin. de aq. pluv. larc.* Exemplum sint Regalia; quae tanto tempore praescribi posse docet. *Magnif. Dn. D. Richter Comes Palat. Cesar. J. Cris & Facultatis juridicae Ordinarius Eminentissimus Promotor atque Doctor meus devenier andus i. dec. 21. n. 52.* Renne man de jure rerum i. b. 12. Gail. i. observ. 21. num. 15. in fin. Schneiderius ad Tit. J. resusc. Ada. insuper. Afflit. decis. 324. *Purparat. conf. 315. num. 2. & conf. 536. n. 8.* Pruckman cap. 5. n. 98. idem obtinere de jure Saxon. testatur Heigius p. 1. q. 16. n. 47. Zobel. part. 2. diff. 2. n. 10. Conf. Dn. Carpzov. p. 2. Conf. 3. def. 24. & p. 2. Conf. 53. defin. 1. n. 13. Sic tanto tempore prascribuntur res testamento alienari prohibita l. 3. §. 3. cum avib. seq. C. com. de legat. & plura alia adhuc exempla affect Magnif. Dn. D. Struve Exerc. 43. t. b. 24. Plus res vero effectus immemorialis temporis qui desiderat, adcat. Domin. Card. Tusch. Pratt. conclus. tom. 8. conclus. 40.

*Momentum in jure est in definitum*

*Th. XXXV.* Potest etiam ad tempus in jure indefinitum referri momentum. Sic juris autores accipiunt momentum pro atomo i. e. brevissimo & indivisibili tempore, ut cum id, quod filius fam. acquirit ne momento quidem in ejus persona consistere dicitur l. 79. de acquir. hered. Accipiunt & momentum ex latere pro latiore quadam temporis spatio l. pen. ff. de condit. trit. ubi mortis tempus, quod est momentarium, latius accipitur. Vid. l. 3. §. 5. de min. Cræci haud male illustrare momentum exemplo l. 137. de V. S. Conf. l. 6. de usuc. l. 23. §. 1. de acquir. rei. dom. l. 44. in pr. & §. 1. ff. de adquir. poss. l. pen. de divers. & temp. prescript. l. 134. de V. S. l. 3. in fin. ut in poss. legat. l. 3. §. 1. quod vi aut clam. l. 63. in fin. ad L. Falcid. & ut vult Alciat. momentum plerumque sumitur pro brevi tempore, & momento fieri in jure nostro intelligitur, quod nullo actu extraneo interveniente sit. Sic quoq; pro brevi tempore sumitur momentanea possessio seu momenti beneficii, quod est celeris reformatio (ut dicitur in l. 1. §. 1. C. Coloni de C. agric. & censit.) & restitutio possessionis per vim, vel alio modo ablata aut interpellata, postulaturque ab eo, qui ea est privatus, & quia statim restituenda est spoliato, ideo dicitur momentanea. Potest autem momentanea possessionis actio exerceri per quamcunque personam l. 3. C. qui legit. pers. stand. in judic. bab. & notandum, cum de possessione momentanea dici tur

145

tur causa, et si appellatio fuerit interposita, tamen latā sententia  
fortiri effectum *Lun.* *C. si de moment. poss. fuer. appell. Add. Perez.*  
*in C. ad h. tit.* Sic momentarii ulufructus sit mentio in *L. ult. S. ult. ff.*  
*de bon. que lib.* Sic in jure civili nullum certum tempus est praefi-  
nitum consuetudini; proinde merito prudenti judicis arbitrio  
est committendum *Menoch. de arbitr. jud. quest. lib. 2. cent. 1. cas. 38.*  
*n. 6. add. l. 1. §. fin de jur. delib.* De jure vero Saxonico requiruntur  
30. anni cum anno & die *Vid. Carpov. p. 2. c. 3. def. 21. num. 5. &*  
*def. 22.*

*Th. XXXVI.* Tempus legibus definitum est, quod certis *Tempus de-*  
horis, diebus, mensibus & annis est circumscripsum. Et est *finitem.*  
Breve, vel Longum.

*Th. XXXVII.* Breve est omne id, quod est intra decendi- *Breve quid*  
um, & vulgo dicitur modicum, & hanc esse communem opini-  
onem testatur *Soc. conf. 32. Cast. conf. 4. circa primum n. 3. lib. 1.*  
*ubi de communi utriusque juris opinione.* Et quod septem anni  
dicantur tempus modicum tenet. *Alex. conf. 4. num. 5. vers. minus.*  
*lib. 5.* Constat vero tempus hoc horis, diebus, mensibus & annis,  
de quibus singulis aliquid erit dicendum.

*Th. XXXIX.* Videndum ergo nunc ubi mentio fiat ho- *De Horis*  
rarum in jure. Sic Testator potest sibi & filio facere testamentum  
diversis horis *l. 16. §. 1. de vulg. & pupill. substit.* majorem diei par-  
tem esse horarum septem primatum, non supremarum, dicit *l. 2.*  
*§. 1. d. de V. S. inellige.* diei naturalis, qui constat *12.* horis, ut  
infra patet. Dicitur primarum, vel quia recentes & integri  
mane libentius dant se ad laborem, quam jam fessi *l. 2. de ann. de-*  
*gat.* vel potius, quia eis Romani litibus negotiisque gerendis  
potissimum vacabant. Sic Legis Julianae capite quinto ita cave-  
tur: ut viro adulterum in uxore sua deprehensum, quem aut no-  
let, aut non licet occidere, retinere horas diurnas nocturnasq;  
continuas non plus quam viginti testandae ejus rei causam finem  
fraude suâ jure licet *l. 25. pr. & §. 4. ad L. jul. de adult.* Sic quoq;  
si post horam schedula Leuterationis judici offeratur, Leutera-  
tio minime subsistit, ut tradit *Dn. Fibig. p. m. in Processi part. gen.*  
*§. 19. Et haec de horis.*

*Th. XXXIX.* Dies porrò est vel Naturalis, vel Civilis. Natu- *De die Natu-*

*C 3*

*ralis rali & Civili.*

ralis est duratio temporis lucida ab exoriente sole ad Iolis occa-  
sum Vid. Gen. c. 1. v. 14. 16. & 18. & est vel antemeridianus, Vormitt-  
tag, & continet tempus matutinum (quod in foro vocatur *Zura*  
rechter früher Tagesszeit) vel postmeridianus Nachmittag/Huius op-  
ponitur Nox, Die Nachschlaffende Zeit / & est duratio tempo-  
ris tenebrosa, quā Sol sub occasu degens cum luce suā deficit,  
Civilis est tempus, quod fit uno coeli circumactu, quo dies verus  
& nox continetur, Conf. Gen. r. v. 5. 8. 13. 23. 31. & hic in usu juris  
civilis solius diei nomine venit: licet dici possit, si diei in pacto,  
contractu, negotio vel alio tractatu fiat mentio, ex mente paci-  
ficientium seu naturā, indole & qualitate negotii estimandū  
esse, an naturalis an civilis intelligatur dies, facit huc l. 34. de R. J.  
l. 15. §. 4. locat. Alias Accursius & multi alli diem civilem appel-  
lant naturalem, & illum artificialē. More Romanorum dies  
à mediā nocte incipit, & sequentis noctis mediā parte finitur. l.  
8. de fer. Essent nunc dies dividendi in festos & profestos, it: con-  
tinuos & utiles, sed quia ex ib. 22. & præc. hæc possunt desumi-  
hic mitto.

*Quarum*  
*dierum men-*  
*tio fiat in ju-*  
*re.*

I.  
II.

III.

V.

VII.

IX.

Th. XL. Videndum nunc breviterquot dierum in jure  
fiat mentio, quique eorum effectus. \* Prætor in unum diem vi-  
cena millia passuum annumerari jubet l. si quis caut. conf. §. 16. l.  
de excus. tut. plura Exempla vide apud Cujac. de prescript. & terria  
c. 3. \* Olim ad appellandum bidui ac tridui dilatationes erant con-  
cessæ, ita ut non nisi alterā vel tertiā die provocare liceret, idque  
ex die sententia latet. l. §. 5. quand. appell. l. eos §. sin autē C. de appell.  
quod mutatum per avth. bodie C. de appell. Nov. 23. c. 1. alia exem-  
pla suppeditat. Nov. 95. c. 1. §. 2. l. 217. §. 1. de V.S. l. 1. C. de erog. mi-  
lit. l. 1. C. de tract. & stat. l. 38. §. 11. de edil. edit. \* Tribus diebus  
præscribitur iuri corrigendi erroris ab advocate commissi l. ult.  
C. de error. advoc. it: potestati legendæ glandis in alienum fun-  
dum prolapsæ l. un. de gland. leg. sic qui recusavit judicem intra  
dies tres debet eligere arbitrum. l. fin. C. de judic. \* Qui equos  
publicos deducunt, acceptis tractatoris intra quinque dies iter  
perficere debent. l. un. C. de tract. stat. \* Septem dies qui præcedunt  
quiq; sequuntur diem Paschæ esse feriatis cōstat ex. omnes C. de fer.  
aliud exemplum est in lun. C. de venat. fer. ar. \* Sic Justinianus

in

in Nov. 115. c. 5. §. 1. vers. sancimus constituit, nemini licentiam esse, aut heredes aut parentes a ut liberos defuncti pro debito molestare ante novem dies. Et si quis intra hoc tempus id fecerit, ca omnia invalida esse decrevit, Nov. 60. c. 1. facit etiam hue Nov. 13. c. 3.\* Post decendium non admittitur provocatio l. pen. pr. C. de recept. arbitr. sic decem diebus praescribitur appellatio interponenda Nov. 23. c. 1. supplicationi, leuterationi, revisioni. Nov. 33. c. 3. & 1. Nov. 123. c. 21. in pr. similes textus sunt in l. 69. de judic. l. 13. S. 2. de judic. l. 21. §. 1. de consti. pec. l. fin. §. & cum antea C. de temp. ap. pel. \* Sic in pecuniaris causis testes evocati quindecim dies co-guntur permanere in judicio l. pen. C. de test. similis textus est in l. omnes in fin. l. actus C. de fer. \* Reus citatus 20. dies habet ad de-liberandum, an cedere, contendere, vel judicem recusare velit. N. 33. c. 3. §. 1. N. 96. c. 2. §. 1. sic venia datur susceptori servi fugitiivi si eum intra dies 20. magistratu vel domino reddiderit. l. 1. §. 1. de fugit. vid. adhuc Nov. 120. c. 6. §. 3. l. 1. §. fin. C. ut omnes jud. tam civil. quam milit. l. fin. in pr. C. de procurat. \* Sic intra 30. dies contra apochas non soluta pecuniae exceptio objici potest, vel ipsa apocha repeti debet, post 30. dies nequit l. 14. §. 2. C. de non num. pec. & servi à Dominis revocandi l. pen. C. qui milit. poss. nec non abolitio accusationis ab accusatore, qui eam expedit, petenda l. 3. C. de abolit. & priore accusatore mortuo aut impedimento, accusatio ab alio repetenda intra 30. dies & quidem utiles. l. 3. §. ali. de accus. l. 10. §. fin. ad SCt. Turpill. si pupillo remittitur pena commissi, si intra 30. dies vettigal intulerit l. 7. §. 1. de publi-can. & vettig. intra eosdem à tempore scientiae petendi sunt ab eo, qui appellat, Apostoli i. e. libelli seu literae dimissoriae, alias præsumeretur reuinciasse suæ appellatio l. 24. C. de appell. Nov. 126. c. 2. §. 3. similia vide in l. pen. C. de custod. reor. Nov. 17. c. 6. §. 14. in-stit. de lege Aquil. l. fin. de tut. & curat dat. l. fin. §. 2. C. de jur. de lib. l. 2. C. de exhib. reis. l. fin. vindicari. C. de pen. l. 1. §. 1. delib. agnosc. l. fin. C. de exatt. trib. l. 10. C. de erogat. milit. amon. Notandum hic obiter, quod intra triginta dies seu unum mensem electio ab Archi episcopo Moguntino debeat intimari Electoribus per nuntios. Aur. Bull. cap. i. §. præterea Limu. I.P. lib. 2. cap. 3. num. 22. Schuz. de Stat. Rei Rom. Vol. 1. diff. 2. lib. 10. lit. d. quod tempus non nisi à die

X.

XV.

XX.

XXX.

die notitia, non vero tempore mortis currere incipit Aur. Bull. cap. 1. §. cum autem 19. Dn. Schütz. cit. loc. Arum. ad Aur. Bull. discurs. l. th. 19. Dan. Otto. jur. public. p. 171. Tempus enim, ne regulariter no-  
ceat ignorantia, cavetur in l. 8. de his qui not. in fam. l. I. §. 15. quand.  
appell. Sic etiam post praestitum juramentum Domini Electores i-  
psam Electionem intra 30. dies vigore A. B. c. 2. §. 3. perficere debent,  
quod si Electionem procrastinare pergent, & eam intra triginta  
dies à die praestiti sacramenti non peragant, panis & aqua  
ipsis porrigitur, quod praeceps loco adjectū est Vid. Petr. de Andlo  
lib. 2. de Imp. Rom. cap. 5. Castald. de Imp. quest. 8. n. 21. v. 17. & quest. 12.  
num. 5. Limn. de J. P. lib. 2. cap. 3. num. 54. & 55. Schutz. d. tr. vol. I.  
Disp. a. th. 14. lit. D. \*Quadragesima dierum fit mentio in l. 6. §. 10.  
L. G. defer.\* Datur etiam praescriptio 50. dierum, intra quos excus-  
atio à tutoribus & curatoribus proponenda l. 13. §. 1. de excusat-  
tut. l. 6. C. eod. conf. l. 4. in pr. C. ut omnes jud. l. 3. C. de assiss. Nov. §.  
cap. 13. Nov. 95. c. 1. Nov. 128. c. 23. Nov. 61. c. 1. \* Intra dies sexagin-  
ta jus protimiseos Dominus habet in re Emphyteuticā l. f. S. sed  
ne hac C. de jur. Emphyt. Eodem tempore prescribitur accusatio-  
ni adulterii marito patrive, jure mariti & patris competenti l.  
6. C. ad L. jul. de adult. l. 11. §. 6. ff. eod. nec non actio redhibitor-  
ia 60. diebus certis casibus perimitur, scil: ob jumentorum ven-  
ditorum ornamenta detracta, ob non praestitam cautionem de-  
his, quæ editio ædilium continentur, & si convenerit, ut nisi res  
placeat, redhibeatur. l. 28. l. 31. §. 22. de ædil. edit. Conf. l. 46. §. 4.  
de jure fisci l. 7. §. 11. de admin. tut. Nov. 72. c. 6. l. 101. de R. I. l. 5. C. de  
fer. l. 45. §. 10. de jure fisci l. 2. C. de sec. nupt. l. 19. C. de legat. l. fin. C. de fi-  
dei comm. libert. l. 1. C. de temp. & repar. appell. l. 3. & pen. C. ad l.  
jul. de adult. l. 12. §. sextus ff. qui & à quib. manum. Nov. 66. c. 1.  
Nov. 62. c. 3. Nov. 63. in prefat. §. 2. Nov. 95. c. 1. l. fin. §. 2. C. §. 2.  
de jur. de lib. l. 1. C. de nat. lib. \*Centum deniq; diebus juri petendi  
bonorum possessionem ab agnatis & cognatis prescribitur. l. 2.  
C. qui admitti ad bon. poss. l. 3. und. cogn. Vid. l. 1. §. si intra 8. defus.  
edit. l. 32. §. 1. quanad. dies legat. l. 3. §. 8. de min.

Th. XLI. Ex diebus sunt menses, quorum duodecim con-  
stituunt annum. Computantur vero triginta dies in unum, & haec  
computatio est civilis per omnes menses, ut negotiis civilibus  
ad

De' mensi-  
bus.

ad dies mensium computandis esset accommodatior, æqualis.  
Aliter, ut notum, computant Astronomi. Quod tamen indi-  
stinctè verum non videtur. Mensium enim alii estimantur ex  
diebus 30. ut in l. 40. de reb. cred. Nov. 115. c. 2. l. ult. §. 2. & II. C de  
jur. delib. l. 38. pr. l. 28. de edil. edit. l. 30. in fin. ff. ad L. jul. de adul.  
alii ex diebus 31. ut in l. 2. C. de temp. appell. l. ult. pr. C eod. dicen-  
dum igitur videtur; ubi lex certum numerum dierum in mense  
non definit, arbitrio judicis hoc re linquendum erit, ut habitâ  
ratione circumstantiarum estimet, triginta ne dies, an triginta  
& unus isti mensi sint tribuendi Vid. Gomez ad §. 5. I. de act. Pbil.

Matth. ad l. 201. de R. I. n. 12. Necesse nunc erit evolvere quot men- Fit meorio  
sium in jure nostro fiat mentio. in jure men-

Th. XLII. \* Leges passim faciunt mentionem duorum sium. II.  
mensium: Sic servus venditus è lege, ut manumittatur, non ad-  
dito tempore, ipso jure liber fit intra duos menses l. ult. ff. quæ  
fin. manum. Singulis etiam annis duos menses habet tutor immu-  
nes à præstandis usuris pupillaribus l. 7 §. 11. de admin. tut. fide-  
jussor etiam sine scripto acceptus judicio sistendi causâ non te-  
netur ultra duos menses, nec enim præsumitur in longius tem-  
pus fidejussisse l. pen. C. de fidejuss. Emphyteuta jus Emphyteuseos  
venditurus id testato denunciare debet Domino Principali, no-  
lente Domino emere post duos menses, si id alteri jure vendit,  
l. 3. C. de jur. Empb. Conf. l. 45. §. 10. de jur. fisc. l. 46. §. 4. cod. l. 3. de  
usur. rei judic. l. 1. C. de temp. appell. l. 7. C. de fer. Nov. 66. c. 1. Nov.  
82. c. 6. Nov. 83. prefat. §. 2. Nov. 96. Conf. ea quæ dixi de 60 die-  
bus. \* Trium mensium fit mentio in l. 1. C. de dilat. ubi rescri-  
bunt Imperatores, si dilatio peratur testium vel instrumento-  
rum ex eadem provinciâ exhibendorum causâ, non plus quam  
tres prorogentur menses à judice Nov. 69. c. 2. pr. Sic inventatio  
conficiendo trimestre spatium præstitutum. l. ult. §. 2. C. de jur.  
delib. Sic etiam Justiniano placuit, ut lis nunciationis novi ope-  
ris intra tres menses finiatur, intra quos denunciatus non potest  
edificare, nec oblata quidem satisfactione: Sin autem aliquâ ex-  
causa definiri non possit controversia intra tres menses, ut tunc  
is, cui nunciatum est, novum opus perficere possit, debet offerre  
cautionem fidejussoriam, se velle omne opus post denuncia-

III.

D

tionem

tionē extrectum suis sumtibus destruere. *I. un. C. de nov. oper.*  
*nunc.* Moribus nostris hoc praecriptum tempus tam exacte non  
servari docet *Gail. lib. 1. obs. 16. n. 17.* dieens, sufficere si intra illud  
tempus offerat quis articulos probatorios, nec tamen nuncia  
tum interea posse ad dicare durum esse fatetur ipse *Gail. dict. loc.*  
*Conf. fin. C. de adif. priv.* *Nov. 100. c. 2. artb. quod. locum. C. de dot.*  
*cant. non num.* *Nov. 115. c. 2. 119. c. 6. 123. c. 1. §. 2.* Sic intra trime-  
stre spatium convenienter tenentur Electores, vel eorum Legati  
Francofurti à tempore intimatio*nis A.B.c.i. §.18. verb. intra tres*  
*mensē continuos.* \* Quatuor mensū. Ita qui adificium socii  
absentis restituit, ius sumptū & usurarum repetendarum habet,  
& post quatuor menses Domini*ni jus. l. 52. §. 10. ff. pro. soc. l. 4. C.*  
*de adif. priv. add. l. 46. inf. de dann. infect.* Jure Justiniane*o pro-*  
*hibetur quis in sua provincia ultra quatuor menses sine permisso*  
Principis aut Præfecti Prætorio assidere *l. 10. C. de affiss.* quod  
moribus hodiernis non obtinet, & dispositum contra r. t. ut nulli  
patriæ &c. *Cam. vid ord. tit. 1. & tit. 3. Myns cent. 4. obser. 30. Menoch.*  
*lib. 5. præsumt. 12. Rosbach. process. cit. 7. num. 13. Zahn. in ichno-*  
*graph. munic. c. 26. num. 1. & seqq.* Add. die Kaiserliche Resolution  
Ordnung und Abschied Herrn Graff Edzarten zu Ostfriesland ic.  
betreffende sub dat. Prague den 13. Octobr. 1557. art. 2. st. Ostfries-  
ländische Concord. artic. 54. ibi: Dass Ritter Ambt Landstände.  
Quid in Hispania obseruetur tradit Bobadilla in Polit. lib. 1. cap. 12.  
& de Belgio Zypraus in suo judice lib. 1. cap. 36. de Gallia testatur  
Bugnonius lib. 2. des loix abrogees art. 183. Cognoscendis  
quoque & dijudicandis excusationis causis præfixi sunt continui  
mensē quatuor *l. 38. de excusat.* Vide insuper l. 2. & 3. §. 1. C. de  
usur. rei jud. l. fin. C. if pend. appell. Nov. 113. c. 5. \* Sic dicitur int. fin.  
*C. de privil. Schol.* quod Scholares, quibus comeatus datus intra-  
quinque mensē civiliter convenienter non possunt. \* Sex mensis-  
um mentio fit in variis legibus. Sic actio redhibitoria durat sex  
mensē utiles à die venditionis vel promissionis *l. 19. §. fin. & l. 55.*  
*de adil edict.* casus exceptos vid. supra de duobus mensibus. Per  
idem spatium durat estimatoria *l. 28. eod. vindicatio tributariorū*  
prædiōrum à peræquatore adsignatorum *l. ult. C. de cens.*  
*& censit. l. II. C. de omni agr. desert.* Idem temporis spatium præsti-  
citur

## IV.

## V.

## VI.

143

tuitur electioni Episcopi; nam si intra hoc tempus non eligatur  
ab iis, ad quos electio pertinet, jus eligendi devolvitur ad ordinan-  
torem. Nov. 113. c. 1. in fin. Plura exempla supeditat l. 1. §. 10. ad SCt.  
Turpil. l. 15. de admin. tut. l. 1. §. 2. C. ut omnes judic. Nov. 59. c. 2. l. 17.  
in pr. de excus. tut. Nov. 131. c. 12. l. 1. C. de dilat. l. Sancimus 26. C. de  
fidei juss. l. fin. C. de jur. ffc. l. 5. §. imperator. 6. ut in poss. legat. l. certa  
C. cod. Nov. 101. c. 2. l. open. §. fin. C. de inoff. test. l. 13. ff. de manum. vind.  
l. 10. C. de ann. & trib. l. 5. de operibus; publicis. \* De mensibus VII. IX.  
ad huc restantibus plura essent dicenda, sed brevitas causâ de- IX. X. X.

partu legitimo hic quadam subjiciam, ad explicationem horum  
mensium facientia. Septimo mense nasci perfectum partum.  
jam receptum est, propter autoritatem doctissimi Viri Hippo-  
gratis, & ideo credendum est, eum, qui ex justis nuptiis septimo  
mense natus est, justum filium esse l. 12. de stat. hom. & Ulpianus  
asserit sufficere, si attigisset saltim septimum mensem partus,  
diesque exegisset in utero l. 13. §. 12. de suis & legit. hered. Et li-  
cer de hoc septimestri partu maxima olim fuerit controversia,  
tamen eam terminasse Hippocratem libr. de septim. part. afferit  
Dn. D. Hahn. in observ. ad VVosenb. de stat. hom. n. 3. verb. postquā  
nati. Singuli verò menses more Graecorum & Camera Imper-  
ialis consuetudine test. Sithm. in Nucl. instit. 30 diebus terminan-  
tur Vid. Rauchb. p. 2. q. 24. Dn. Hahn. d. loc. Menoch. 2. arbitr. jud. q.  
cent. 1. cas. 50. n. 19. & cas. 98. n. 35. Et licet partum septimestrem  
legitimum esse neget Paul. Zachias quæst. Medic. Legal. t. 2 q. 2. n.  
7. attamen quia hæc pendent ex principiis juris extrinsecis, meri-  
tò etiam præferenda est sententia communis: quæ etiam quoti-  
die observatur in praxi, ut tradit Magnif. Dn. D. Richter decis. 89.  
num. 23. qui etiam alleg. dec. n. 3. & seqq. præjudiciis adductis o-  
stendit, partum septimestrem etiam pro legitimo haberi, eti-  
amsi natus sit à matre, quæ ad secunda vota transiit. Ita quo-  
que pronunciassæ Facultatem Helmstedensem d. 27. April. 1637.  
refert Dn. Hahn. d. loc. & cum his facit Magnif. Dn. D. Strüve  
Exerc. 3. tb. 4. Sufficiat igitur legum decisio & illarum in foro ob-  
servantia. Et licet non ignore multa adferri in contrarium,  
tamen non necesse est ea resolvere, ob ante dictam rationem.

D 2

Quid

Quid verò dicendum de octimestri? Hunc frustra clamitat Cu-  
jac. ad Paul. recept. sent. lib. 4. tit. 9. non legitimum, quod vitalis  
non sit, & cum eo fecit Caranza de part. cap. 11. num. 6. & seqq.  
Verum non sequitur: Hic partus non est vitalis E. non est legi-  
timus, ut non sequitur: Hic partus est vitalis E. est legitimus, ut  
patet ex parte circa finem undecimi mensis nato. Et si Plinio  
Secundo creditus, omnino erit vitalis, ut refert Sibm. d. loc.  
Add. Dn. Hahn. d. loc. qui Caranzam refutat. Et quod talis habeatur  
pro legitimo docet Magnif. Dn. D. Struve d. loc. & ab eo alle-  
gatus Dn. Carpz. p. 4. Constit. 27. def. 14. Dn. Hahn. d. loc. Nono  
autem & decimo mense, ut plerique nascentur, ita communis  
omnium Philosophorum & Ictorum calculo legitimis sunt. Bart-  
in l. 29. de lib. & poth. l. 3. §. pen. de suis & legit. hered. Dn. Hahn.  
d. loc. Add. Mynsing. cent. 6. obs. 40. n. n. Partum initio undecimi  
mensis natum esse legitimum asserit, sepè cit. Magnif. Dn. D.  
Struve d. loc. arg. Nov. 39. c. 2. Quam sententiam ulterius probat  
Dn. Hahn. alleg. loc. & ita observatum esse VVitrebergæ recen-  
set Joach. Beust, tract. de matrim. c. 36. part. 1. Pro non legitimis  
gitorum in dubiè JGtis sunt, qui 2. 3. 4. 5. 6. it fin. II. 12. 13. & 14.  
mensibus prodierunt Vide sis Menoch. arbitr. judic. quest. 89. n.  
40. Arum. lib. 2. decis. & sent. decis. 14. tit. de pariend. temp. Id.  
Ex. 1. ad Inst. tb. 29. Magnif. Dn. D. Richter Dec. n. ult. Dn.  
Hahn. d. loc. Rauchb. d. loc. Decem mensium etiam sit mentio  
in Nov. 124. c. 2.

**De annis ad** Th. XLIII. Sequuntur nunc anni. Annus Astrologis est  
tempus mo- tempus, quo Sol à verni æquinoctii puncto egressus motu pro-  
dicum perti- prio ab occasu versus ortum totum peragrat Zodiacum 365. die-  
mentibus. bus 5. horis 49. min. 16. sec. ab solvendum. Annum constare &  
state & hyeme dicit l. 1. §. 32. de ag. quot. Annus est vel continuus  
vel utilis. Continuus qui constat ex diebus 365. continuus; fa-  
cit huc l. 51. §. 2. ad L. Aquil. Utilis, qui constat diebus utilibus 365.  
Dies verò utilis sunt, quibus experiundi juris potestas est. Vid. su-  
pr. tb. 22. 28. & seqq. Annus supputatur dupliciter: Naturali-  
ter vel civiliter. Naturaliter à momento in momentum, & de-  
bet hic etiam ultimum momentum esse completum. Civiliter,  
quotiens non à momento in momentum, sed à die in diem sup-  
puta-

143

putatur, ubi dies cæptus habetur pro completo. Quando vero naturaliter, quando civiliter annus sit numerandus, meritò quis querit. *Glossa ad l. 3. §. 5. de min.* & cum *Dd. vulgo Bach. in comm. ad pr. J. de curat.* & *Dn. Vinn. in comm. ad inf. eod. loc. dicunt*: Diem cæptum haberi pro completo quoties id alicui utilis est, aut favorable; contra ubi favorable est non numero die rum, sed momentis temporum annum dividi, diem cæptum pro completo non haberi. Temporis naturaliter supputati exemplū præbet *l. 3. §. 5. de min.* cùm enim favorable sit, eum, qui ad huc ejus ætatis est, ut sua negotia tueri non possit, sub alterius curâ esse & potestate, ideo ut èò diutiùs comperat minori decepto restitutionis in integrum auxilium, oportet esse completum 25. ætatis annum, usque ad ultimum ultimi diei momentum. Commodè hic queri posset: An minori 25. annis Doctori juris, si caput sit, concedenda in integrum restitutio? sed hanc decidere quæstionem hic non lubet, verùm brevitatis causâ remitto *B. L. ad Vinn. in quest. jur. select. lib. 1. c. 13.* Talis supputatio habetur in præscriptione temporalium actionum *l. 6. de O.* & *A.* hæc enim ob negligentiam actorum inductæ sunt, atque adeo non, nisi novissimus dies sic completus, obligatio finitur. In excusatione itidem à tutelâ excessisse omnino oportet septagesimum ætatis annum, qui immunitatem ex eo capite prætendit *l. 2. pr. ff. de excus. l. unic.* C. qui atat. S. Item major. infit. de excus. *l. 3. ff. de jur. immun.* & ita supremam Frisia Curiam, judicâsse referit Sand. decif. 9. defin. 5. part. 2. Conf. Nov. 74. & 100. l. 1. C. de Carb. Edi&t. l. ult. C. quand. rut. defin. pr. J. de curat. Temporis civiliter supputati Exempla sunt in testamenti factio ne *l. 5. qui testam. fac.* poss. quia enim eorum causa est favorabilis, ideo constituitur ibi, quod minor testandi habeat facultatem, licet quadrante ultimi diei in anno 14. saltim attigerit. Sic in usurpatione favore b. fidei possessoris totus dies computatur non à momento in momentum *l. 6. de usuc.* & *usurp.* idem obtinet in *L. Julia & Papia,* cùm queratur quis sit aniculus *l. 134. de V.* S. Sic cum favorabilis esset licentia manumittendi, ideo adveniente saltē quamvis non exacto ultimo ejusdem anni die manumittebatur *l. 1. de manum.* Plurimi referunt huc etiam *l. 74. §. Fa-bius 1. ff. ad SCt. Trebell.* Sed quid dicendum de *l. 49. de legat.* 1?

D 3

ubi

ubi dicitur : Si cui legetur , cùm quatuordecim annorum erit,  
certo jure utimur, ut tuus sit quatuordecim annorum cùm im-  
pleverit, & ita Imperatorem decreuisse Marcellus rescriptis. Quæ-  
rirur. An Legatum statim atque ingressus est annum XIV. ei de-  
beatur, vel attigit supremum diem anni XIV. Utrumque nega-  
tur, nec enim dies cæptus, nec annus inchoatus habetur pro com-  
pleto. Tempus huc supputatur naturaliter non civiliter, ut mo-  
net Gothofred. in not. ad b.l. Conf. l.48. de cond. & demonstr. l.5. C.  
quand. dies legat. ced. nec obstat. d.l.4. §.1. ad Sct. Trebell. Vid. Robert.  
3. I animadu. 26. Busius in l. si Titio. quand. dies legati Cujac. in l.  
5. qui testam fac. poss. Bronchorst. 3. antinom. 57. Tuld. in d.l. C. quand.  
dies legat. n.10. Pacius 9. antinom. 83. Duar. in d.l. 49. de legat. i. Ho-  
tom. 1 amic. respons. 25. Donell. 5. comm. 19.

*Quot anno-*  
*rum ad bre-*  
*ve tempus*  
*pertinentiū*  
*fiat mentio*  
*injure.*

Th. XLIV. Nunc etiam evolvendi sunt anni, quorum  
injure fit mentio, quique ad tempus modicum pertinent, con-  
siderandique ex parte eorum effectus. \* Sic hodie plerisque  
in locis jus protimiseos seu retractus. Maherkauff Gerechtigkeit  
germ. est annum, per c. Constatutus ibi & intra annum & diem  
à tempore contractus Innerhalb Jahr und Tag / (hæc formula  
Saxonibus est usitata quâ tamen plures dies ultra annum nim-  
sex septimanæ cum tribus diebus denotantur Land Recht lib.1. art.  
28. ibique Glotta) c. 7. X. de in integr. refit. 2. Feud. 26. §. Titius. Gail.  
2. obs. 19. num. 10. & seqq. Myns. 3. obs. 51. num. 3. Reinking. de Re-  
tract. Consanguin. qu. i. n. 8. Incipit autem tempus illud curre-  
re statim à contrâ venditione ante traditionem rei Harim.  
Pistor. part. 2. q. 12. n. 2. modò alter sciat. Idem tempus præstitutum  
est juri revocandi feudum ab agnato alienatum. p. d.c. 26. §. 5. 2.  
Feud. 9. §. ult. Add. Magnif. Dn. D. Richter decis. 76. n. 144. & 47.  
Magnif. Dn. D. Struve Syntagm. jur. Feud. cap. 13. apb. 21. n. 3.  
De jure Saxonico hodierno obtinere idem patet ex Berlich. part.  
2. conclus. 63. n. 4. Dn. Carpz. part. 2. conf. 50 def. 2. Tale ipsatum  
quoquè præstitutum est petitioni renovationis Feudalis. 2. Feud.  
24. pr. 2. Feud. 40. pr. 2. Feud. 52. §. ult. 2. Feud. 55. §. preterea; No-  
tandum, quod quando in jure Feudali requiritur annus & dies, per  
diem non unus intelligatur, sed plerumque mensis. fac. huc supra-  
dicta. Add. Finckelth. disput. 7. controv. 6. lit. C. Reuñ. coll. jur. Feud.  
Diff.

Diss. 4. tb. 19. Magnif. Dn. D. Struv. d. tr. c. 10. apb. 7. n. 1. & 2. Sic  
annum tempus sufficit ad præscribendas res expeditorias Germ.  
dass Heer gewette Heiz. part. 1. qu. 16. num. 35. it. Morgengau  
ba. Magnif. Dn. D. Richter part. 1. decisi. 21. n. 56. ut etiam Gera-  
da Gold. de Gerada p. 4. num. 12. in f. Tempus verò hoc post 30.  
denuo dies, & si scierint, currere incipit Dn. Carpz. part. 2. cap. 3.  
def. 13. VVesenbec. conf. 79. in fin: Per annum durant actiones po-  
pulares v. c. actio albi corrupti, quam Prætor induxit adversus  
eum, qui ex albo ejus corrupit aliquid, est igitur ex delicto. Ho-  
die est saltim utilis, & datur contra eum, qui edicta magistratum  
in contemptū eorum tollit l. 9. de j. dīct. popularis est per l. 7. de j.  
dīct. & arg. l. 1. de pop. aet. Conf. Magnif. Dn. D. Struv. Ex. 4. tb. 81.  
it. popularis est actio de dejecto vel effuso. Res verò quæ dam-  
num accepit est vel aestimabilis, vel in aestimabilis. Priori ca-  
su est perpetua, & datur ei, cuius rei damnum est illatum ejusq;  
heredi l. 5. §. 5. de his qui deiec. junct. l. 35. de O. & A. & §. 1. J. de  
perpet. & temp. aet. posteriori casu iterum distinguendum. Aut  
liber homo periret aut saltuum laesus est, illuc est penalitatem tantum &  
popularis dd. II. ideoque heredibus non ut heredibus, sed ut  
alii de populo è licet ex periri, inquit tamen movendā extra-  
neis præferuntur, qui agnatione vel affinitate defunctum con-  
tingebant. d. l. 5. §. 5. h̄c si scil. homini libero nocitum sit ipsi age-  
re volenti perpetua est, alii de populo annua d. l. 5. §. 5. Conf. Dn.  
Frantz. in comm. ad Pand. b. t. n. 3. & seqq. Similis est actio de  
posito vel suspenso, à quibus periculum transeuntibus imminet;  
cum enim hic omnium interstit, popularis est; expedit enim  
publicas vias esse securas, & ab omni periculo liberas d. §. fin. Add.  
VVesenb. in Parat. ff. de his qui effud. n. 8. & 9. Sic etiam actio, quæ  
prodita est adverlus heredem, si omissa quæstione familiæ here-  
ditatem adiit, Popularis & annalis est l. 25. §. 2. de SCr. Silan.  
Add. Magnif. Dn. D. Struv. Exerc. 34. tb. 49. Moribus ho-  
diernis hoc ad Magistratum pertinet Add. Dn. Hahn.  
ad VVesenb. b. t. Talis etiam est actio ex interdicto, ne quid in lo-  
co sacro fiat l. s. quic. C. de Epist. & Cleric. publici enim interest,  
publica loca sarta rectaque conservari l. 2. §. 1. nequid in loc. publ.  
is interdictum de locis & itineribus publicis l. t. de loc. & itin. publ.  
interdictum ne vis fiat utenti via publica l. 42. in pr. de procur.

In-

Interdictum de via publicâ reficiendâ l. i. §. ult. de via publ. & de itin. publ. interdictum ne quid in loco publico fiat quo pejus navigetur Vid. t. t. de flum. &c. & est popolare arg. l. i. de loc. & itin. publ. interdictum nequid fiat in flumine publico l. un. §. hoc. b. t. interdictum ne vis fiat navigantibus in flumine publico arg. l. 42. in pr. de procur. interdictum de ripâ munienda l. un. b. t. interdictum nequid in cloacam publicam &c. l. i. §. pen. & ult. b. t. Actio de sepulchro violato, l. 2. in pr. & §. ult. b. t. Actio de termino moto l. ult. in pr. b. t. interdictum verò nequid in loco publico fiat est perpetuum l. 3. §. 34. & 44. b. t. An igitur hoc sit popolare, ut & actio in factum de collusione detegendâ. 2. pr. & §. 4. de collus. deterg. it: interdictum de libero exhibendo arg. l. 5. §. 9. & fin. de lib. exhib. Vide sis Gothofred. in not. ad l. ult. de pop. act. lit. e Moribus hodiernis actiones populares exolevisse testatur post. Buggnon. de LL. abrog. l. i. Sat. 13. Rebuff. ad constit. reg. proem. gloss. 5. n. 92. Grænev. Dn. VVissenb. Disp. ad Pand. part. 2. Disp. 47. th. 16. Essent nunc recensendæ actiones prætoriae, quarum plerique anno præscribuntur pr. j. de perpet. & temp. act. præscriptim poenales l. 37. de V. O. & l. un. C. de ann. exc. imò quædā actiones poenales civiles, ut est actio ex L. Julia repet. l. 2. ad L. Jul. repet. l. 1. C. cod. Sed quia hoc pacto discursus noster nimis prolixus foret, ideo saltim annexam LL. quibus mentio fit tum actionum annualium, tum anni spatii. Vide sis Nov. 100. c. 2. Nov. 123. cap. 18. l. i. §. 16. de succ. edit. l. i. quæ in fraud. cred. l. 6. §. fin. l. 10. pr. eod. l. filii in fin. ad SCt. Tertyll. l. 5. C. de cens. & censit. l. 38. de rest. mil. l. 21. ad L. Aquil. l. fin. C. de dot. caut. l. 5. C. de cens. & censit. l. 10. C. de legit. hered. l. 2. §. si mater ad Tertyll. l. 6. ad L. Jul. pecul. l. 1. & l. 2. de requi. vel abl. damn. l. pen. & ult. C. qui mil. non poss. l. 7. de mun. & bon. l. 6. C. de naufrag. Nov. 1. 2. l. 9. §. 1. quod fals. tut. aut. gest. l. un. §. 6. de fonte. l. 1. §. 9. de riv. l. 1. §. 31. & 33. de aqu. quot. l. 2. de it. & act. priv. 15. §. 3. & 4. quod vi aut clam. l. 1. §. 8. ne vis fiat ei. l. 17. §. 3. de damn. infect. l. 1. pr. & §. 39. de vi & vi arm. & l. 1. pr. junct. l. 3. §. 12. eod. l. 4. de interd. l. 1. §. 1. ex quibus caus. maj. l. 18. C. de possim. rev. l. 1. §. 12. de succ. edit. §. 4. J. de bon. poss. l. 1. l. 10. pr. quia in fraud. cred. l. ult. C. cod. l. 4. C. qui admitt. ad bon. poss. l. fin. C. de Edict. Adrian. toll. l. 1. §. 2. ut possid. l. 19. §. fin. l. 2. C. de astim. act. l. 5. C. de injur. l. 24. de injus. voc. l. 1. de calump.

calumn. l. 6. de alien. judic. mut. caus. fact. l. un. §. 4. si quis jus dic.  
non obtemp. l. i. pr. l. 9. §. 5. de publ. & vectig. l. 5. §. ult. ne quis eum  
¶ c. l. i. §. ult. de eo per quem fact. l. fin. de edend. l. i. pr. si quis test. lib.  
eff. l. i. de incend. ruin. naufr. l. 14. §. i quod met. caus. \* Biennio ex-  
cluditur actio de dolo l. ult. C. de dor. Idem servari in foro Saxonico  
testatur, Dn. Carpzov. part. 2. Conf. 3. defin. 4. n. 5. Instantia in causis  
criminalibus l. fin. C. de dol. pr. l. de lit. oblig. l. 13. C. de jud. Exce-  
ptio non numerata pecunia l. 14. C. de non num. pec. An vero post  
biennium haec exceptio instar alius non privilegiata possit oppo-  
ni. querunt Dd. & ita in praxi observari docet Magnif. Dn. D.  
Richter. dec 21. num. 9. Contrarium tamen de jure verius esse do-  
cet Nob. Dn. Praef. in not. ad Suth. diff. 14. th. ult. & cum eo facit  
Dn. Vinn. i. q. sel. 4. & ad I. b. num. 7. Fact. 7. contr. 8. Dissentient  
Dd. communiter Perez. h. t. n. 14. Dn. Carpzov. 2. respons. 19. Scotz.  
d. 29. th. 25. Suth. d. diff. th. ult. & alii plures. Plura Exempla vide  
in l. 17. §. fin. de manum. test. l. 54. §. 1. & l. 56. locat. l. fin. C. ui intra  
cert. temp. quest. crim. term. l. si mulier. perfecte C. ad Vellej. l. 2. C.  
de sponf. l. fin. C. de jur. dom. impetr. l. 7. 8. §. 8. l. 13. de legation. l. 3. C.  
cod. l. 2. C. de mun. & hon. non cont. Nov. 134. l. 1. C. de sent. pref. l.  
7. C. de omn. agr. desert. l. fin. C. de bon. aut. jud. possid. l. 2. C. de term.  
mot. \* Triennio excluditur instantia in causis criminalibus l. 13.  
C. de judic. Myns. 2. obs. 48. Actio perpetua sive in rem, sive in per-  
sonam, si de re mobili sit actio in rem arg. pr. J. de usuc. sic trien-  
nio prescribuntur hodiem omnes res mobiles pr. l. de usuc. l. un. C. de  
usuc. transff. quod etiam in Ecclesiarum rebus obtinere scribit.  
Gebb. de usuc. c. 2. §. 3. n. 3. & hoc de jure Canonico obtinere, ut  
scil. prescriptio triennii in rebus mobilibus Ecclesia sufficiat, re-  
gula statuitur, quia haec in re jus civile non expresse mutatum; facit  
etiam hoc artib. quas actiones C. de SS. Eccles. verb. usucapione  
triennii, relata quoque in c. 16. q. 3. XVI. Canis. in c. 5. b. Zes. ad  
decreta. h. n. 5. Dn. Carpz. p. 2. c. 5. d. 6. De jure Saxonico solum re-  
quiri annum & diem ad prescribendas res mobiles testatur.  
Dn. Carpzov. part. 2. conf. 3. defin. 9. & conf. 5. def. 6. de triennio  
vide sis insuper l. ult. C. de repud. vel abst. hered. l. i. C. de sent. adv.  
ff. c. l. 2. de jur. Empyph. l. 2. C. de servitutibus & aqua l. 1. C. de fidei  
commis. l. 4. Cod. de vectigalibus & commiss. l. 9. §. 1. de rit. nupt.  
l. pen. C. de patr. potest. l. 4. de incend. ruin. l. pen. C. de epoch. publ.

E

\*Qua-

II.

III.

**IV.** \*Quadriennio præscribitur restitutio in integrum l.fin. C.de temp. in integr. restit. excepta causâ doli d.l.fin. Sic quadriennii præscriptio datur fisco & adversus fiscum l.2.C.de quadr. præstr. l.r. C.cod.l.i. §. Divus de jur. fisc.l. intra de div. temp. præscript. Conf. l.fin. C.de repud. hered. l.fin. C.de bon. autor. jud. possid. l.2. C.de commeat. l.uxor. b. de repud.\* De quinquennio vid.l.pen. §. 2. C.de inoff. test. l.1. §. 10. ad SCt. Turpill. l.11. §. 4. ad L.jul. de adult. l.2. C. in quibus causin integr. restit. non est necess. l.fin. C.de postlim. & redempt. l.7. ad L.J. pecul. l.13. de SCto. Silan. Rubr. ne de stat. der. funct. l. consensu §. hac nisi C.de repud. Nov. 22. l. 13. de SCto. Silan. an l.pen. C.de prepos. sacr. cubic. l.1.C.de Contra. jud. l.4. §. 1 ad L.Cornel. de fsc.l.nemo. C.de Episcop. aud. Nov. 112. l.2. C.de vectig. & comm. l.2.C.de apost. Nov. 131. l.1. §. quod dictum de separ. Nov. 100. l.fin. C.si maj. fact. alien. rat. §. fin. J.de usuc. l.fin. C.si ad vers. fsc. l. neque C. de restit. milit. l.2 C. de mun. & bon. non cont. l.fin. C. de adv. divers. judic. Nov. 22. l.33. §. fin. de re milit. Add. Dn. Hahn. in obs. ad VVesenb. de div. temp. præscript. \* Septennium qui nondum implevit. dicitur adhuc infans. l.3. Cod. qui admitt. l. si infant. C.de jur. delib. l.r. de admin. tut. l.14. de spons.\* Octo annorum fit mentio in Nov. 123.

**VII.**

**IX.**  
**Tempus longum quid.**

Th. XLIV. Sequitur nunc Tempus Longum, & dici potest omne illud quod non est intra decennium. Alias per tempus absolute dictum Longum intelligi vult Connan. in comm. cap. 10.m. 4. Impresentia uari placet sub tempore longo comprehendere longissimum & centenarium.

**Quotanno-  
rum ad lon-  
gum tempus  
pertinenti-  
um statmen**

110.

Th. XLV. \* Decennium s. longum tempus varios habet effectus. Ita studiosum non nisi per decennium uno loco commorando & sedem ibi constituendo incolam fieri dicit l.2. C.de incol. Sic res immobiles decennio inter presentes usucapiuntur; presentes vero hodiè dicuntur, qui sub eadem sunt pfecturâ, vel qui eundem judicem habent Vid. Obrecht. disp. de usuc. 26. tb. 270. & seqq. qui olim presentes dicti sint Vid. l.un. C. de usuc. transform. It. servitutes Vid. Dn. Hahn. ad tit. de servit. n.s. verb. ut illud effugium & verb. ut igitur. Vid. Dn. Carpzov. part. 2<sup>a</sup> conf. 4. def. 12. & 15. it. anni redditus jährliche Zinsen oder Früchte. Vid. Magn. Dn. D. Strupe Exerc. 43. tb. 16. it. opera seu fertitia

vitia Rusticorum Die Dienst und Frohnen/welche die Leut  
the zu dem Herrn und Ritter Gütern leisten müssen. Conf.  
l.pen.C.de serv. & aqua l.fin.C.si maj fact.alienat.rat. Nov.100.Nov.  
119.l.sancimus C.de testam.l.fin.de abig l. 23. de pen. l.i.de nund. l.13.  
de divers temp.prcript.Nov.117.\* Sic fæminæ post duodecim an-  
nos completos viripotentes esse creduntur, masculi post deci-  
mum quartum annum puberres censentur. §. i. J. quibus mod.  
tut fin. Conf. l.3,C.quand. tut.vel cur. esse defini. l.5. qui testam.fac.  
poss. l.2.de vulg. & pup. substit. \*De anno XV. XVI. XVII. XIX. XV. XVI.  
Vid. l.2.C.de op. publ. Nov. 123. l.si quis argentum §.fin a.C.de don. l. XVII. XIX.  
2.in pr. de vac.mun. §.7.Inst. qui & ex quibus caus. manum.\*Vicen-  
nali præscriptione tollitur incestus l.39. §.5. ad L. Jul. it: actiones  
criminales vicennio extinguuntur l.12,ad L. Cornel.de fals. l.2.  
§.i.l.3.de requ. vel abs.damn. nisi specialiter aliud tempus sit con-  
stitutum,quod&in foro Saxonico obtinere docet Magnif.Dn.Car-  
pzov.part.3. qu. 141.n.61. 67.& 68. Add. Magnif. Dn. D. Richer.  
part.1.decis. 21.n.43. qui longius tempus observari moribus ho-  
dieris in gravissimis criminibus dicit. Conf. I. de serv. export.  
§.pen.inst de jur. person.l.41.de recept. qui arbitr. recep. l. querela  
C. ad L. Cornel.de fals. l. 1. C.de excus. veter, l.3.de ius qui non impl.  
stip. fac. sol. l.1. C.de profess.l.2.C.de long. temp.prcript.que pro lib.  
oppone. l.28.& l.3. §. lege. de testibus.\*Minores 25, annis curatorum  
auxilio reguntur,nec antè rei suæ administratio eis committi de-  
bet,quamvis benè rem suam gerant.l. 1.de min. Conf. Rubric, ex-  
quisib[us] caus.maj. l.7. de jur. & fact.ignor. l.2. C. eod. l.15. §. lex ad  
L. jul. de adult. l.11.de de cur. l.8.de mun.l.2. C. qui Profess. se excus.  
l.fin. de legit.tut. Nov.123.\*Dicitur hæc præscriptio longissimi Té-  
poris. Tali Tempore civiles actions præscriptione elidun-  
tur l.sicut. l.4.C.de præscript. 30. ann. nisi brevioribus spaciis  
specialiter sint circumscriptæ: ut actio dolii l.fin.C.de dol.mal. in-  
juriarum l.si non conviciiC.de in jur.ut&adulterii.Tanto tempore  
usu capiuntur res privatae qualibet sine justo titulo, bonâ tamen  
fide possesse l.pen. C.de præscript. 30.ann.it:Res tanquam feudum,  
si ejus nomine quavis non investitus quis servitia Domino præsti-  
terit 2.Feud. 26. §.si quis triginta.Add. Gail. 2.observ. 160. Mynf. 4.

XII.

XIV.

XX.

XXV.

XXX.

obser. 29. conf. 2. Feud. 33. Add. Magnif. Dn. D. Struive Syntagma  
jur. Feud. cap. 8. apb. 12. De triginta annorum præscriptione Vide  
Dn. Hahn. in obser. ad VVesenb. tit. de usurp. & usuc. Conf. Nov.  
120. l. pen. C. in quib. caus. cess. long. temp. l. hereditatis C. de petit.  
bered. l. licet C. de jur. delib. l. fin. C. fin. reg. l. i. s. ad hac C. de annal.  
except. \* Præscribuntur quadraginta annis bona Ecclesiastica.  
c. ad aures 6. de prescript. Notandum verò hic est, quod Ju-  
stinianus olim tum Ecclesiis Orientalibus per l. 23. C.  
de SS. Eccles. tum Occidentalibus per Nov. 9. centum  
annorum spatiū concesserit, ut non prius currat præscriptio  
contra res earum immobiles. Qui tamen Justinianus postea  
sententiam mutavit propter omissionem probationum, quæ ut  
plurimum tanto tempore contingit Nov. 11. 131. quadragenaria  
substitutā. Quærunt verò hic Dd. An Ecclesia Romana sit ex-  
cepta? Affirmandum hoc videtur propter avth. quas actiones C. de  
SS. Eccles. it. per d. Nov. 9. Nam d. Nov. 9. non esse correctam  
per Nov. 11. c. 1. & Nov. 131. c. 6. affirmat Dn. Hahn. in obser. ad  
VVesenb. Contrarium vero tenent alii, & avth. illam valde dubiae  
faciunt àudevñas, cum exceptio ejus in fontibus non appareat.  
Vid. Cujac. de div. & temp. prescript. Giphan. ad d. avth. Pinellus  
ad avth. nisi tricennalis n. 57. C. de bon. mat. Dn. Wissenb. in syllog. err.  
Irner. ab apb. 1. ad. 6. Dicendum igitur videretur, quod nec Ecclesia  
Romana sit excepta per alleg. Nov. 111. cap. 1. quod & Gregorius  
probavit non excepta Romanæ Ecclesiâ c. 2. c. XVI. q. 4. Recentio-  
res verò Pontifices Johannes IIIX. c. fin. c. XVI. q. 3. & Innocentius  
c. 13. c. 14. c. 17. in fin. b. t. servari voluerunt Justiniani Constitutio-  
nes. Et sanè Eclogæ Basilicorum lib. 2. tit. 3. in Scholio tribuunt Ec-  
clesiæ Romanae disertim adhuc centenariam præscriptionem,  
quod procul dubio non fecissent, si post Justinianum hac præ-  
scriptione non revivixisset, vel potius si Ecclesia Romana Novellam  
111. c. 1. ad se pertinere unquam putasset. Irnerius igitur in d. avth.  
addidit, quid suo tempore obtinuerit in Ecclesiâ Romanaâ Iecu-  
tus canonica definitionem. Add. Magnif. Dn. D. Struive Exere.  
43. tb. 19. Plura exempla quadragenariae præscriptionis vide apud  
Dn. Hahn. d. loc. Conf. l. 3. q. 4. C. de bon. v. ac. l. fin. C. de fund. patrim. ru-  
bric. & t. t. C. ne rei Dominic. l. cum novissimi C. de prescript. 30. vel  
40. ann. l. si cohortalis C. de cohort. l. Justas C. de jur. fisc. l. fin. C. de  
fund.

143

fund. rei private. \* Actioni quā repeti potest id, quod alias per lumen aleæ accepit L. annis præscribitur. l. i. vers. commodis igitur. C. de aleat. Conf. l. 13. C. de Decur. l. 3. C. qui Prof. se excus. l. 35. de operis libert. l. si major. C. de legit. hered. \* Justinianus in l. 27. C. de nupt. etiā sexagenariis nuptias contrahere permittit, quod & hodie observatur. conf. l. fin. C. de long. temp. præscript. \* Sic septuagenarius se excusare potest ab officio l. 3. C. qui atat. se excus. Add. l. 3. §. quamvis & §. cum de mun. & hon. l. si ultra C. de Decurion. l. 3. de jur. immunit. \* De Centum annis vid. l. 56. de usuf. l. fin. C. de SS. Eccles. Vide sis insuper Gajac. de præscr. & term.

Th. XLVI. Essent adhuc quædam notanda de præscriptionibus juris Saxonici, sed brevitatis causâ remitto B. L. ad Magnif. Dr. D. Struven Exerc. 43. lib. 25. Illud adhuc Coronidis loco addo, quod diversa sit suppeditatio anni de jure Civili & Saxonico. Jus civile enim solum dies 365. requirit ad annum; jure vero Saxonico in materia præscriptionum it. terminorum judicialium aliquid adjicitur ultra numerum dierum anni vel septimanæ completum, ita ut in mobilibus usucapiendis, præter dies anni consuetos, adjiciantur adhuc XLV. quod tempus vocant Jahr und Tag b. e. ein Jahr sechs Wochen und drey Tage Land R. art. 38. lib. 1. diff. lib. 2. part. 2. diff. 3. Sic in designando termino judiciali vel etiam Citatione peremtoriâ Eine Sachsische Gerichtsfrist designantur 6. Wochen 3. Tage Sic in immobilibus usucapiendisannis 30. completis adjiciuntur annus & dies 30. Jahr. Jahr und Tag & hoc confirmat D. Augustus Elector. conf. 6. p. 2. ita ut sit Ein und dreißig Jahr sechs Wochen und drey Tage.

Th. XLVII. Multa adhuc possent de Tempore hic addi, nisi discutsus præter opinionem & animi propositum jam exercivisset. Et tantum est quod volui pro ingenii mei tenuitate, nudi exercitii publici Academici gratiâ proponere, in quo si unum atque alterum minus ad palatum Domini Lectoris erit, tudenis labedabit; Nec enim sub Sole quicquam perfectum est & absolutissimo naturæ privilegio communum.

DEO SIT LAUS HONOR ET GLORIA.

L.

LX.

LXX.

C.

**E** Themidos libris benè qui de Tempore scribit,  
Næ Studiis tempus collocat ille bene!

Præstantiss. Dn. Respondenti de Tempore  
Disputaturo ita ex Tempore gratul.

Christoph. Philipp. Richter, D. Com.  
P.C. Collegii Juridici Ordinarius &  
h. t. Decanus.

**T**empus fert flores, fert candida lilia tempus:  
Tempus & opto, ferat, premia amena Tibi.

Præstantissimo Dn. Buchio amico  
Suo percaro de Tempore dispu-  
tanti gratulatur

Georgius Adamus Struve, D.

AD PEREXIMUM ATQUE LITERATISSIMUM  
DN. RESPONDENTEM,

Amicum suum singulariter dilectum;

**T**EMPUS adest, BUCHI, meum nunc scande cathedram,  
Atque resolve theses, laus Tibi certa manet.

PRÆSES.

**O**bserve doces, BUCHI, quæ tempora juris,

Ipsequè sic tempus non sine laude locas.

Temporis hoc jus est: volat irreparabile, capta!

Tu capu, hinc fructus te manet obsequii:

Ita

Gottfridus Zapffius, P. P.  
Omne

**O**Mne feret punctum, justo qui tempore novit  
Exerere ingenii splendida dona sui.

At quis temporius, quam tu nunc prodis, Amice,  
Quae sint ingenii semina larga tui?

Perge, Decus Themidos, floret dum temporis ætas;

Doctorum certe singula puncta feres!

Id sperare jubet præsens de TEMPORE scriptum,

Quo tu sollicitè tempora quæquè notas.

Fac ne decollet spes, quam cepere parentes;

Gaudia sic illis; Sic tibi surget honos.

Fausti omnis ergo paucula hac Pereximio Dno.

Respondenti & Confalino suo suavis-

simo fec.

Nicolaus Hennings, Dithmarsus.

**T**empora labuntur, cedunt cum tempore quevis,

Arque habet immort tempus ubique nihil.

Gloria sola bone fama post tempora durat,

Multis injuriis temporis illa caret,

Hanc studio queris, Buchi, de TEMPORE scribens;

Pergas, Invenies; Quod precor ex animo.

Pauca hæc præstantissimo Dn. Respon-  
denti amico suo dilecto ascribere  
voluit, debuit

Johan David Clapius.

**G**helyck een Lauren-boom gheduerigh groen't of bloeyet,

En tot een groot vermaecken alle kanten groeyet,

Ghelyck hy wyt en breet zyn tacken breydet uyt,

En noyter neder daelt, hoe wel hy wort besnyt:

Aldus, myn waerde Vrient, U naeme staet en praelet

Doar uwen vlyt en Sweet,, met lof is hy bestraeler,

Het

Het kleintjen acht Ghy niet, maer soeck't met neerstigheyt  
Hoe dat Ghy uwen roem wyt in de vverelt brey't.  
Nac d' leſſ van myn HEER ZAPFF, wiens naem de vverelt kroonet,  
Ghy eertyts hebt met kracht tot uwer eer betoonet :  
Dat, schoon het Lichaem wort vernielet van den mot,  
Nochtans DIE ZIEL NIET STERFT, maer eeuwigh leeft van  
Nu heden weet Ghy staegh op Tyr en stont te letten, (Godt-  
Om dat Ghy met vermaeck doorschok't de suv're Wetten,  
Myn HEER SCHRÖTERUS selfs, de wytvermaerde Man,  
Help't Ghy in Themis-huys beproeft'u hersien-pan.  
In't doolhof van de deught u geest noyt gaet te dolen,  
In't schip van vuyle vreught Ghy noyt en gact te spolen,  
Noyt brant U't minne-vuyr, de soetheyt van de vvyn  
U noyt bedrieght; Hier baert de blyfchap enckel pyn.  
Daerom d' HEER VADER hoop't op U gerust te leunen,  
En g'lyck op een pylaer zyn ouderdom te steunen,  
U MORDER leeft altoos in blyfchap ende vreught,  
Dat Ghy nae haeren eysch volherdet in de deught.  
Vaert wel, beminde Vrient, myn Ziel wenscht dat op aerden  
Ghy veele jaeren leeft in vreughden ende waerden ;  
Aldus vaert moedigh voort met hoogen lofen room,  
Unaeme bloy' altyt ghelyck een Lauren-boom.

*Belgicis hisce Futori ac Contubernali  
suo honoratissimo fidem & amicitia-  
m Germanam contestatur, perpe-  
tuaque Sui memoriam com-  
mendat*

Christophorus Füdser/ Fris. Orient.  
J. u. Cultor,

F I N I S.

**ULB Halle**  
005 132 592

3



KD 17



B.I.G.

Farbkarte #13

